COMMENTATIO IURIDICO-POLITICO-HISTORICA, DE MAGNO-DUCALI SIGILLO...

Johann Zacharias Gleichmann, Valenti Gonzaga

Q. D. B. V.

PROOEMIVM.

I*nter ea, quae potiſſimum conducunt, ad Sereniſſimorum* Principum Splendorem *magis magisque augendum, iure meritoque refertur* vindicatio antiquorum iurium, *quae lapſu temporis vel plane euanuerunt, vel per non vſum et obſeruantiam ita obliuioni tradita fuerunt, vt fere ex omnium hominum memoria quaſi depulſa videantur. Vindicationem autem eiusmodi antiquorum iurium, vtique Principibus proficuam eſſe, hoc a me latius et dilucidius fuit demonſtratum, tam in* delineatione iuris publici Saxonici, quo Sereniſſima Domus Saxonica praecipue fruitur atque gaudet, *etc. Anno 1717. Ienae, ſumptibus* Chriſtiani Pohlii, *in forma octaua, a me edita; quam in ſpecimine octauo, ſiue,* in der achten Probe, von einer unbetrüglichen Fürſtlichen Macht-Kunſt, *Ienae anno 1718. ſub nomine:* CLARI MICH. HELMONDI, *in lucem publicam emiſſo. De eodem argumento quaedam adduxi in praefatione illius tractatus, qui Anno 1725. Ienae in officina* Helleriana, *ſub ſequenti titulo, in forma quarta, prodiit:* Hiſtoriſche Nachricht, von dem Sächſiſchen Groß-Hertzoglichen Majeſtät-Siegel, welches vor Alters unterſchiedliche Hertzoge von Sachſen gebrauchet, aus wichtigen und raren *Diplomatibus*, nebſt einigen

politiſchen *Reflexionibus*, an das Licht gegeben. * *Ego quoque quantum in me fuit, per alia, in lucem publicam emiſſa ſcripta Splendorem* Sereniſſimae Domus Saxonicae, *per vindicationem nonnullorum antiquorum iurium, augere elaboraui. Huc pertinent ſcripta ſequentia: De Procuratura Sacri Romani Imperii, Duci Saxoniae, tanquam Landgrauio Thuringiae, competente*, **von der Procuratur des Heiligen Römiſchen Reiches, welche einem Hertzoge von Sachſen, als Landgrafen in Thüringen, zukommt, Gotha** 1732. *De ſummis iuribus, dignitati Comitis Palatini Saxonici, inhaerentibus, hoc eſt:* **Von denen, auf der Sächſiſchen Pfaltz-Grafen-Würde hafftenden hohen Rechten**, *egi in ſcripto quodam, anno 1734. Erfurdi impreſſo. De bene fundata praetenſione* Sereniſſimae Domus Saxonicae, *ad Burggrauiatum atque Mareſchallatum Würtzburgenſem, Ienae 1724. breuem diſſertationem orbi erudito communicaui. Porro ad Ducum Germanicorum ſplendorem augendum, Anno 1730. ſchediaſma à me fuit publicatum: de Coronis Ducum. Latius haec materia à me deducta fuit in ſcripto, A. 1735. edito, ſub titulo:* Erneuerte Zeugnüſſe des Alterthums von Hertzoglichen Tronen, *ut caetera taceam. Quoniam vero aliqua ex commemoratis ſcriptis, varias ob cauſas, nimia breuitate, laborant, cum DEO mihi propoſui, has illuſtres materias, ſi DEVS porro vitam et ſanitatem, cum neceſſariis ad tale quid peragendum ſubſidiis, benigniſſime largietur, in maiorem lucem ponere. Initium iam facio de* Sigillo Maieſtatis Saxonico. *Vt autem eo melius hoc inſtitutum procedat, prius in genere, et quidem in*

SECTIO-

* De hoc ſcripto videatur STRVVII bibliotheca Saxonica, parte VI. §. I. in fine pag. 1041.

SECTIONE I.

AGERE DECREVI:

DE

DVCVM GERMANICORVM ET PRINCIPVM IMPERII MAIESTATE.

§. I.

Maieſtas in genere denotat aliquid excelſum, magna reuerentia dignum, et ſemper ſpirat aliquid magnum ſupra hominum vulgus poſitum. Summa Maieſtas praecipue tribuenda eſt DEO omnipotenti. Ab hoc, tanquam ex fonte puriſſimo omnis promanat Maieſtas in terris. Haec autem Maieſtas terreſtris tribuitur his, qui Summo Imperio praeſunt rebus publicis, et ſecum coniunctam habet maximam dignitatem et amplitudinem.

§. II.

Maieſtatem autem maiorum Principum Imperii definimus, quod ſit grauiſſimum et excelſum ſummaque in republica dignitate praeditum Imperium, quo quis prae magiſtratibus minoribus corroboratur, prae iis eminentia coruſcat, et maxima in ditione aliqua poteſtate pollet. Hoc clare apparet ex oppoſito. Minores enim Magiſtratus, non tanta vi Imperii, non tanta dignitate et poteſtate, rem publicam gubernant, quam illi, qui in tota Republica Principatum tenent. Vt ex-

emplo hoc clarius reddam, ex antiquitate notum eſt, apud veteres Romanos Magiſtratus maiores habuiſſe tribunalia; minores vero ſubſellia. Tribunalium magnificus erat aſpectus, quorum formam et rationem peculiarem, ex VITRVVIO optime illuſtrat BVDDAEVS ad L. I. D. Iudic. verbo: *qui tribunali praeeſt.* Altior nempe locus et ſublimior erat, ad quem per gradus adſcendendum, atque in quo *Sella Curalis* conſtituebatur, vnde magiſtratus ius dicebant, atque de cauſis grauioribus cognoſcebant, more à Romulo Romanis tradito. Hoc in compendio MARTIALIS Lib. XI. Epigramm. 99. his exprimit verbis:

Sedeas in alto tu licet tribunali
Et è Curali *iura gentibus reddas.*

Huic opponebatur palmum, et magiſtratus inferiores de plano procedebant, quando extra tribunal actus coram iis peragebatur. Hoc enim planum opponebatur *edito et ſublimi.* Audiamus MARVIANVM in L. I. §. 8. ad SCtum TVRPIL. abolitionem, ait, pro tribunali, non de plano, poſtulandam eſſe à Praeſidibus. Ex his ſatis apparet, imperium maiorum magiſtratuum, plus ponderis in iubendo, imperando, et coercendo habere, quam minorum.

§. III.

Quae, cum ita ſe habeant, Magiſtratibus maioribus optimo iure Maieſtas tribuenda eſt, et quidem in ſenſu longe excellentiori et eminentiori, quam quidem ceteris minoribus Magiſtratibus competit.

§. IV.

Quae cum ita ſe habeant, eo magis *Imperii Principibus,*

pibus, et potiſſimum *maioribus*, *Maieſtas* tribuenda eſt, quia *Iure proprio Superioritatem* in ſuis territoriis exercent. Firmiter itaque tenendum eſt, *Maieſtatem Principum Imperii*, eſſe ſummam in regione aliqua Germaniae, ſeu prouincia, poteſtatem, et in ſe continere *Imperium Summum*, quo omnia dirigantur, decernantur, conſtituantur, ſubditisque imponantur. Tale Imperium à poteſtate ſumma deriuatur in collegia et magiſtratus, qui vi delegatae poteſtatis, nomine eius, cui principatus in republica, aut in regione aliqua competit, tam Regalia, quam iurisdictionem, altam et baſſam, * adminiſtrant, vel procurando reditus principales, vel ius dicendo, vel puniendo ſontes, aut inſontes abſoluendo, vel alia, vi imperii delegati, ſtatuendo.

§. V.

Non autem aequale eſt omnium magiſtratuum imperium, ſed certos gradus habet, ita, ut quibusdam maior imperandi et decernendi, quibusdam vero minor poteſtas tribuatur.

§. VI.

Hinc oritur diſtinctio, fundata in L. 3. de iurisd. in merum et mixtum Imperium. ** In mero Imperio aliquid maieſtaticum ſe exſerit, in mixto imperio variae poteſtates exercentur, de quibus in compendiis et ſyſtematibus iuris, ea explicantur et inculcantur, quae ad vtrumque Imperium pertinent.

§. VII.

* De hac vide IOACHIMI HAHNII diſſertationem *de iurisdictione alta et baſſa*, Erfordiae 1722.

** De hoc videatur HEIDENREICHII diſſertatio *de iurisdictione, mixto ac mero imperio*, etc.

§. VII.

Hinc à ICtis excellentior ampliorque poteſtas, et ſaepe ſimpliciter Imperium tribuitur illis, qui *Superioritatem* in aliqua prouincia exercent; minor autem adſignatur poteſtas eis, qui tantum iurisdictionem in ditione aliqua habent, non quidem ideo, ac ſi poſteriores omni imperio careant; Sed quod ea poteſtate, quae Imperium per excellentiam dicitur, deſtituti ſint. Aliud enim eſt, habere imperium, et aliud, habere *Maieſtatem Imperii*, de quo videatur IO. NICOL. ERHARTI disputatio *de eminenti Maieſtatis dominio.*

§. VIII.

Iure Romano criminis *laeſae Maieſtatis* is ſeſe obnoxium reddebat, qui magiſtratum Romani populi maiorem, vel occidebat, vel ei grauiorem iniuriam inferrebat, quia per indirectum laederent *Maieſtatem* populi Romani, VLPIANVS in L. I. ad L. Iul. Maieſt. Multo magis igitur crimen laeſae Maieſtatis committitur, ſi quis in *Principem Imperii* grauiter peccat, de quo infra diſſerendi occaſio erit.

§. IX.

Ex his, quae iam in medium attulimus, clarum eſt, *Principibus Imperii*, imprimis *maioribus*, *Maieſtatem* non poſſe denegari. Ego enim ſic argumentor: Cuicunque Imperii Principi competit Ius Superioritatis territorialis, vi cuius omnia Regalia, ad *Statum Regium* pertinentia, exercere valet, illi Principi vtique competit *Maieſtas*. Atqui Principibus Imperii, praecipue maioribus, vi *Potentatus* et *Superioritatis territorialis*, competunt Regalia, ad *Statum Regium* pertinentia, quorum ſyllabum infra §. 18. exhibebimus. Ergo, *Principibus Imperii*,

Imperii, imprimis *maioribus*, competit *Maieſtas*. Haec autem omnia ita intelligenda eſſe volo, ne per hoc nexui, quo Germaniae Principes *Imperatori et Imperio Romano-Germanico* obſtricti ſunt, praeiudicetur.

§. X.

Aethiopem lauarem, ſi hoc loco propoſitionem minorem probare allaborarem; tanta enim eſt ſcriptorum Iuris publici copia, qui ſole meridiano clarius hoc demonſtrarunt. * Quare nonnullas tantum ſcriptores attingere volo, qui ante me *Principibus Imperii Maieſtatem* tribuerunt. Prodeat igitur in medium primo perſonatus ille *Relſendſo Heromontanus*, in elegantiſſimo tractatu: *de ſumma Principum Germanicorum poteſtate*. In quo de Regimine Principatuum Germanicorum, vt et de Iuribus Statuum prouincialium, plurima, atque incidenter de Statu Imperii Germanici, ex fundamentis hiſtorico-iuridicis et politicis nouiſſimis, doctiſſime disſerit. Inter alia mihi perplacuerunt illa, quibus euincit, contra *Imperii Principes* non currere vſucapionem et praeſcriptionem. Quoniam praeſtantiſſimus hic libellus hodie in paucorum manibus verſatur, non ingratum beneuolo lectori erit, ſi haec de verbo ad verbum hic addam. Sic autem hac de materia mentem ſuam exprimit: *Omnium autem abſurdiſſimi ſunt, qui contra* Principes *allegare volunt titulum praeſcriptionis; vſucapio enim et praeſcriptio, à Legumlatoribus Romanis, ad coercendam ciuium negligentiam eſt inuenta. Cum enim reipublicae intereſſit, dominia rerum eſſe certa et diſtincta,*

B *docente*

* Videatur omnino IVSTI HENNINGII BOEHMERI diſſertatio iuris publici de *Maieſtate Imperii magiſtratuum maiorum*, quae prodiit Halae Magdeb. A. CIↃ IↃ CCXXV.

docente Ariſtotele, Lib. 2. Politicor. Cap. 2. Romani dominiorum certitudinem aliter non, quam vſucapione introducta, obtineri poſſe, cenſuerunt. Hinc certum conſtituerunt tempus, intra quod quiuis in res ſuas, et iura ad ſe pertinentia, inquireret; quo tempore elapſo, alter ſibi acquiſita quiete et ſecure teneret. Qua poſita et ab omnibus Iuris ciuilis doctoribus conceſſa hypotheſi, ſequitur, abſurdum eſſe, titulum vſucapionis velle contra Principem *allegare. Nam ſubditus* Principis *negligentiam coercere nequit. Hinc argumentum eſt tale: Quorum negligentiam in rebus et iuribus cuſtodiendis commiſſam, coercere non licet, contra illos quoque non curret vſucapio vel praeſcriptio; Atqui Principum negligentiam ſubditi coercere nequeunt;* Principes enim habent Maieſtatem, *et per conſequens ab omnium legum ciuilium coercitione ſunt immunes. Ergo, etc. Conſentit mecum* CAIVS *ICtus in L. 6. ff. de Vſurpat. et Vſucapionibus, Vſucapionem, inquiens, recipiunt maxime res corporales, exceptis rebus ſacris, ſanctis, publicis, populi Romani et ciuitatum, item liberis hominibus. Et licet haec lex loquatur de Romano Imperio, quod à noſtro toto coelo differt, quin tamen ex illius legibus, (ſi ſcilicet eadem ſubſit ratio) ad noſtrum Imperium nonnunquam bonum duci poſſit argumentum, non poteſt vocari in dubium. Nam ratio, cur res Romanorum publicae vſucapi non poterant, erat haec, quia tum temporis, ſtatu exiſtente Democratico,* Maieſtas *erat penes populum. Simili igitur modo nec hodie res et iura* Principum Germanorum, quia illi etiam habent Maieſtatem, *vſucapi poſſunt à priuatis.* Huc vsque ſupra laudatus RELFENDSO. Paucis adhuc addo, materiam de praeſcriptione, aduerſus *Principem* à ſubditis non opponenda, egregie illuſtraſſe celeberrimum CHRISTIA-

NVM

NVM THOMASIVM, in diſſertatione iuridica A. 1727. Halae Magdeburgicae recuſa, *de praeſcriptione Regalium ad iura ſubditorum non pertinente*. Huic ſic dicto RELFENDSO merito adiungimus IOHANNEM SAMVELEM HENNINGIVM, Doctorem et Profeſſorem publicum Gymnaſii Carolini, qui in Oratione: *quantum prudentia iuris eccleſiaſtici B. Luthero eiusque Reformationi debeat*, quae reperitur in Doct. ERN. SALOMON. CYPRIANI, Hilaribus euangelicis, P. II. p. 110. et ſeq. inter alia ſic differit: *Ius Maieſtaticum Principum proteſtantium* plura complectere, quam tres partes iuris epiſcopalis, nempe Ordinem, Legem diaeceſanam et Iurisdictionem, hoc ſatis oſtenſum eſt à NYTENBOGARDO, WALLAEO, GROTIO, VEDELIO, REVIO, APOLLONIO, LVDOVICO MOLINAEO, ZIEGLERO, BRVNNEMANNO, STRYCKIIS, COCCEIO, THOMASIO, SCHILTERO, TITIO, BOEHMERO, et imprimis PVFENDORFFIO.

§. XI.

Principibus Imperii Regalia §. 9. attribuimus vi *Potentatus* atque *Superioritatis territorialis*. Neceſſarium igitur eſſe opinati ſumus, breuiter explicare: quid nos per *Potentatum* intelligamus. Termini huius vſum ideo adhibuimus, quia ſummam Principum, imperandi, cogendi et puniendi poteſtatem, nulla vox melius exprimit. Alii tamen ſcriptores, Principum Germaniae iura eminentiora, per vocabulam *ſuprematus*, indicare voluerunt. Sic celebris ille FVRSTENERIVS hoc vtitur vocabulo, in egregio illo libello, quo ſatis docte et acute *Principum Germaniae* iura vindicauit, et inprimis enixe allaborauit, vt demonſtraret, haec *Principum Iura* pari

 am-

ambulare paſſu cum *Iuris Principum Electorem.* Poſtea vero, cum *Dux Brunſuicenſis* ordini Nouemuirorum Sacri Romani Imperii adſcriberetur, mutauit mentem ex cauſis, quae illis ſatis notae ſunt, qui de ratione ſtatus huius auctoris notitiam habent aliquam.

§. XII.

Eſt autem *Potentatus* ille, qui merito *Germaniae Principibus* tribuitur, nihil aliud, quam ſumma illa ac libera poteſtas *Imperii Principum*, qua gaudent, ordinarieque pollent, per regiones ipſorum territoriis ſubiectas, tam in politicis, quam eccleſiaſticis et militaribus. Primo intuitu ex hac deſcriptione apparet, ſummum hoc *Potentatus Ius* inuoluere omnia *iura maieſtatica*.

§. XIII.

Ii, qui ſcholaſticam Philoſophiam crepant, *Potentatum* hunc cum ſpeculationibus ſuis vanis conciliare nequeunt. Vnde euenit, vt RHETIVM, HENNINGESIVM, et PVFENDORFFIVM, aliosque praeſtantiſſimos viros, increpent conuitiisque proſcindant, quod non erubuerint, *Principibus Maioribus Germaniae* ſummam tribuere poteſtatem. Hi vero boni viri ignorant formam Imperii Romano-Germanici hodiernam, ex qua hiſce temporibus, extincta ſobole Imperatorum, à Carolo M. originem trahentium, Imperium Romano-Germanicum conſiſtit, neſciuntque modernam *Imperii Romano-Germanici* pragmaticam conſtitutionem. Quo fit, ut inueteratas peruerſasque opiniones, quae praeiudicia vulgo vocantur, tam aegre deponant. Non dubito fore, plerosque his tricis inuolutos, ex illis eſſe emerſuros, ſi cum attentione, et firmo propoſito veritatem indagandi, relatum legent, quae de eiusmodi *Potentatu*,

tentatu, in multis *legibus Imperii fundamentalibus*, ſtabilita fuerunt. Pauca tantum hoc de argumento hic attingam.

§. XIV.

Si nempe recentiores ac hodiernas Potentatus huius denominationes inueſtigamus, appellatur in Receſſu Imperii de Ao. 1548. §. 47. et 66. **die Landes-Fürſtliche Obrigkeit**, et §. 41. 48. **die Hohe Ober- und Gerechtigkeit**, in Receſſu Imperii de Ao. 1555. §. 4. 40. §. 16. 53. et de anno 1559. §. 21. **die Ober-Herrlichkeit, Landes-Herrlichkeit, Landes-Herrliche Bothmäßigkeit, Landes-Fürſtlicher Schutz.** Vide HEIDEN. in FRITSCHII Exerc. I. P. 19. Poſ. 24. Adhuc clarius expreſſum reperimus hunc *Potentatum* in Principio, et in §. 96. *Inſtrumenti Pacis Weſtphalicae*, vbi ſumma Principum Germaniae Iura appellantur: *ſuperioritas maieſtatica*, quia iurium ſublimitate exſplendeſcit per oras totius regionis, et ſummam Imperii, *regiamque* imaginem repraeſentat. Vide BESOLD. de Maieſtate, Sect. 3. c. 1. num. 2. RELFENDSO de ſumma Princ. Germ. poteſtate, cap. 3. BVRGOLDENSEM P. 2. diſſert. 5. n. 7. SCHRAD. de Feudis, p. 10. S. 1. n. 43.

§. XV.

Ex iam adductis porro apparet, *Potentatum* comprehendere in ſua integritate *Maieſtatem* in territorio Principum Germaniae, porro euidens eſt, *Reſeruata Caeſarea* non poſſe opponi *hiſce Iuribus maieſtaticis*, de quo argumento prae ceteris legi merentur THOMASIVS, in diſſertatione *de iniuſta oppoſitione Iurium maieſtaticorum, et reſeruatorum Imperatoriorum*, §. 4. et ſeq. et GRIBNERVS, in illis diſſertationibus, quibus Ius *ſa-*

famam reſtituendi, concedendique veniam aetatis, Principibus Germaniae, ex inſtituto vindicauit.

§. XVI.

Plane nihil, aliter ſentientes, contra aſſertionem noſtram efficere poſſunt, quando ex iure Iuſtinianeo *Potentatum* hunc labefactare conantur. Ius enim Iuſtinianeum nunquam Germanis fuit latum, nec eius receptio in regnis et regionibus Europae ita eſt extendenda, ac ſi valeat ad decidendas et definiendas controuerſias *iurium principalium et publicorum*. Inconueniens enim eſt applicatio Legum ſtatus antiqui et peregrini, * ad nouum, diuerſiſſimum à peregrino et antiquo. Iura enim variant, ſecundum varias temporum hominumque qualitates, nec opus eſt documentis, per contrarias leges mutationes docentibus; ſed ſufficit non vſus et deſuetudo.

§. XVII.

Hoc quoque tenendum, non in recentioribus temporibus, talem *Principum Germaniae Potentatum* eſſe ortum; ſed eius origo eſt coaeua *Imperio Germanico*. Magis magisque autem in recentiore aetate per ſolenniſſimas *Imperii Leges* fuit corroboratus. Hoc ſatis luculenter à ſcriptoribus etiam quibusdam Gallicis fuit demonſtratum, in eorum conſiliis ac deciſionibus, quibus in diuerſiſſimam Territoriorum naturam, inquiſiuerunt. Vide CEPHAS. C. 418. n. 2. CHOPPIN. de Ciuit. Pariſ. morib. L. 1. Tit. 2. p. 47.

§. XIIX.

* De hac materia vide LAVTENSACCII diſſertationem *de inepta ratione decidendi controuerſias iuris publici ex Legibus Romanis et Iure Canonico*, Erfordiae 1710.

§. XIIX.

Vt autem appareat, ſaepe commemoratum *Potentatum*, nihil aliud eſſe, quam *Maieſtatem* aliquam, ſeriem illorum iurium regalium et territorialium, quae *Potentatui* inhaerent, indicabimus. Sunt autem, circa res politicas et ciuiles, ſequentia: Ius belli et pacis, Ius foederum pangendorum, Ius Leges prouinciales et ſtatuta condendi, Ius Legibus receptis derogandi, Ius *famam reſtituendi*, Ius aggratiandi, Ius priuilegia * et moratoria dandi, Ius legitimandi et veniam aetatis concedendi, Ius ſuprema collegia et magiſtratus conſtituendi, Ius Academias, Gymnaſia et Scholas erigendi, Ius atque poteſtas nobilitandi, imo *nobilitate maiores dignitates conferendi*, ** Ius aſyla conſtituendi, Ius Iudaeos vel tolerandi vel expellendi, Ius ciuitatis dandae, *** Ius nundinas publicas concedendi, Ius circa faſta ac ferias, Ius ſuperiora et inferiora Iudicia conſtituendi et mutandi, Ius omnis generis ordinationes politicas faciendi, Ius monetandi ſiue monetae cudendae, Ius

* Vel ſola priuilegiorum conceſſio, *ſupremi Imperii* nota eſt, qualia non niſi propriis ſubditis conferuntur. KVLPISIVS.

** De hoc iure vide ſpecimen meum octauum, die achte Probe von einer unbetrüglichen Fürſtlichen Macht-Kunſt, Cap. I. Remed. IV. Videatur quoque IOH. FRIDER. TROPPANEGGERI diſſertatio *de poteſtate Electorum et Principum Imperii, circa Ius Nobilitatis ſubditis ſuis conferendi, Lipſiae 1707.*

*** Hoc in ſpecie Sereniſſimae Domui *Ducali Saxonicae* attribuit Dn. DE LVDVVIG in libro, ſub nomine: GIOVANNI, et ſub titulo: *Germaniae Princeps*, edito, Lib. III. Cap. IV. pag. m. 183. in editione de anno MDCCXI.

Ius armorum et exercituum, ſummosque belli Duces (*Generals*) conſtituendi, Ius pretia rerum praeſcribendi, ponderaque et menſuras ordinandi, Ius legatos mittendi, Ius viſitationes prouinciales inſtituendi, Ius Commerciorum, Ius repreſſaliarum, Ius Comitia prouincialia inſtituendi, in illisque decidendi, Ius tributa ſiue contributiones imponendi, Ius à Statibus prouincialibus et Vaſallis, non ſolum Vaſallagia ſed etiam *Homagia* exigendi, Ius regale viarum publicarum, et Ius ripatica exigendi, Ius fluminum, vectigalium, teloniorum, pedagiorum, Ius conducendi; Ius circa metalli fodinas et mineralia, Ius theſauros inuentos ſibi tribuendi, Ius bona vacantia occupandi, Ius Syluaticum, Ius Banni ferini, Iura fiſcalia, Collectarum, Gabellarum, Ius cenſum emigrationis et detractionis, poſcendi et exigendi, Ius poſtarum et curſus publici, Ius decimarum et ſalinarum, Ius aperturae, Ius monopolia permittendi et prohibendi, Ius conferendi varias dignitates et inſignia, de quo videatur HENRICI COCCEII diſputatio *de poteſtate Statuum Imperii circa dignitates*, Ius denique Ordines equeſtres erigendi, etc. etc. Non minora ſunt Iura *Germaniae Principum*, *Auguſtanae* praeſertim *Confeſſioni* addictorum, quae illis tam in aliis *Imperii Legibus*, quam praecipue in inſtrumento *Pacis Weſtphalicae* tribuuntur, et firmiſſime corroborantur. Huc pertinet: Ius ſummae aduocatiae in eccleſias, Ius reformandi, cum hac tamen reſtrictione, ne Reformatio aliqua religionis fiat *contra Pacta et Leges Imperii fundamentales*, Ius condendi, mutandi et abrogandi Iura eccleſiaſtica, Ius Synodos cogendi, concilia congregandi, Symbola edendi, corrigendi et emendandi, Ius diaeceſanum in diacce-

diaeceſibus ſuae ditionis exercendi, Ius dignitates et beneficia eccleſiaſtica conferendi, Iura Patronatus, Ius omnes perſonas eccleſiaſticas in officiis ſuis confirmandi, Ius circa Praelatos et Capitula, Ius primariarum precum, Ius inquirendi in veritatem religionis, Ius examinandi nouas doctrinas, Ius ferias et iubilaea indicendi, liturgiam ordinandi, adiaphora, ſiue ritus circa externum religionis cultum, abrogandi, conſiſtoria eccleſiaſtica, tam ſuperiora quam inferiora, conſtituendi, Epiſcopos ſiue Superintendentes et Inſpectores eccleſiaſticos, aliosque eccleſiae miniſtros, inſtituendi et deponendi, Elenchi peruerſam iniquitatem, vt aliquam myſterii iniquitatis ſpeciem, a cathedris proſcribendi, *ſuperflua bona eccleſiaſtica ſeculariſandi et in utilitatem publicam conuertendi*,* Ius viſitationes eccleſiaſticas inſtituendi, Ius coemeteria, ſepulturas, aliasque huc pertinentes res, ordinandi, Ius circa haereticos et fanaticos, Ius diſpenſandi, Ius ſectas et ſchiſmata ſupprimendi, etc. etc. Haec eſſent potiora *Iura circa ſacra*,** quae

C *Prin-*

* De hoc iure actum à me eſt in Tractatu, anno 1731. publicato, ſub titulo: das Recht Evangeliſcher Fürſten, über die überflüßig- und im Pabſtthum ſehr mißgebrauchte Geiſtliche Güther, etc.

** Vide CHRISTIANI THOMASII, *vindicias Iuris maieſtatici circa Sacra*, REINHARDI meditationes, *de Iure Principum Germaniae*, cumprimis *Saxoniae*, circa Sacra, ante tempora Reformationis exercito, Halae 1717. BODINI diſſertatio *de illicita à Principibus proteſtantibus prouocatione in cauſis eccleſiaſticis*, Halae 1714. THVLEMARII, Reſponſum iuris, ad quaeſtionem propoſitam, in quo non ſolum clariſſime demonſtratur, quod in cauſis eccleſiaſticis, et in ſpecie canonicalibus et

Principibus Proteſtantibus in ſuis territoriis et regionibus competunt, ex quibus haud difficile eſt iudicare, quantum praeſtent *Principes Proteſtantes* pro eis, qui Romano-Catholicae religioni ſunt addicti, quod latius et ſatis docte atque egregie fuit oſtenſum à Domino IOH. PETRO DE LVDWIG, in eruditiſſima diſſertatione *de Praecipuo Principis Euangelici*, vom Evangeliſchen Vor-Recht eines Fürſten, quae prodiit Halae Anno 1719. Haec omnia autem Iura, tam politica, quam eccleſiaſtica, ſiue ſacra, ſunt pura effluuia *Potentatus* illius, de quo huc vsque egimus, ex quorum radiis *ſplendorem Maieſtatis Principum Germanicorum*, ſic dilucide agnoſcere poſſumus, quam ſolem, quando meridianum in coelo ſereno curſum attingit. Qui plura de latiſſimo et eminentiſſimo hoc *Potentatus* Iure legere cupit, illum ablegamus ad CHRISTIANI WILDVOGELII doctiſſimam disquiſitionem *de genuina origine Potentatus Principum in Imperio Romano-Germanico*, quae prodiit Ienae Ao. MDCCXXI.

§. XIX.

praebendariis, à *Statibus Imperii euangelicis*, per Iura Canonica et Leges Imperii, ad ſuprema Germaniae tribunalia, Aulicum ſcilicet et Camerale, non poſſit licite appellari, nec ab iisdem deſuper cognitio inſtitui, ſed etiam ex genuinis principiis, atque ſolidis rationibus, *Statibus Imperii euangelicis* in ditionibus ſuis Ius ſummum ſeu papale, circa omnes cauſas eccleſiaſticas et ſpirituales, competere, aſſeritur, Editio IV. A. 1723. KEMMERICHII Amoenitates Iuris publici, *de Iure Principis circa dogmata fidei*, Ienae 1730. BOEHMERI de *ſublimi Principum et Statuum Euangelicorum Iure*, in cauſis et negotiis tum ſacris quam profanis, et STRYCKIVM de *Iure papali Principum Proteſtantium*, etc.

§. XIX.

Inter omnes autem Imperii Romano-Germanici *Principes*, omni tempore *Duces*, (die Hertzoge) ſingulari gauiſi ſunt Praerogatiua, ita, ut etiam *Coronas* geſſerint. Ab inſtituto noſtro haud alienum erit, quaedam hoc loco de *Coronis Ducum* in medium proferre. Ex antiquitate igitur ſatis ſuperque demonſtrari poteſt, *Duces, Principesque Romano-Germanici Imperii, coronas geſtaſſe*, quod luculentiſſime patet ex nummis quibusdam antiquis, in quibus *Ducum* imprimis imagines conſpiciuntur cum capitibus *Corona* condecoratis. De veritate huius aſſerti inter alios ſequentes celeberrimi Auctores teſtimonium perhibent: Dn. ECCARDVS in der Erklärung des Ebneriſchen Kleinodien-Käſtleins, §. IV. p. 3. et ſequ. item pag. 49. ſic diſſerit: Es trugen die alten Könige und Hertzoge Cronen von gleicher Geſtalt. Es war dieſe ein bloſſer güldener, oder, mit Perlen und andern Edelgeſteinen, beſetzter Band, Circkel, oder Diadema, welcher hernach mit ſchlechten, (wie etwan in der alten *Corona* radiata,) oder auch mit ausgeſchweifften, theils Lilien, theils Blat-förmigen Spitzen, oder Circkeln, gezieret wurde. Et paulo ante, §. III. p. 2. In Teutſchland wurden in dem XII. und folgenden Jahr-Hunderten den Hertzoglichen Perſonen zackigte, oder auch ausgeſchweiffte Cronen, zugeeignet. Und, daß Hertzoge dergleichen Cronen getragen, haben wir oben aus Hertzog Bernhards Müntze erſehen. Haec confirmant ea, quae perilluſtris Dominus de LVDWIG, ex antiquitate docuit in der Einleitung zum teutſchen Müntz-Weſen mittler Zeiten, vbi Cap. XI. §. VII. p. 96. ſequentem in modum ſententiam ſuam hac de

materia exponit: Jedoch hat man auch Pfennige, (id eſt, nummos bracteatos) da die Reichs-Fürſten mit einer Crone vorgeſtellet werden. Prodeat nunc quoque in medium IOH. ALEX. DOEDERLINVS, qui Ao. 1729. Norimbergae egregium libellum in lucem publicam edidit, ſub titulo: *Commentatio hiſtorica, de nummis Germaniae mediae, quos vulgo bracteatos et cauos, vernacule, Blech- und Hohl-Müntzen, adpellant*, etc. In doctiſſimo hoc Scripto pag. 155. etiam varia curioſiſſima de *Coronis Ducum* afferuntur, è quibus aliquid tantum hic delibabimus: Continuator ſane AIMONII, cap. XXXII. de Carolo Caluo Imp. memoriae prodit: *Romam exiens Papiam venit, vbi et placitum ſuum habuit, et Boſone, vxoris ſuae fratre* Duce *ipſius terrae conſtituto, et CORONA DVCALI ornato, ad Monaſterium St. Dionyſii, peruenit, etc. Ex quibus apparet*, Ducibus *et* Principibus Imperii primariis, *et* Coronas *in Inſignibus gerere, et in nummis* * *geſtare, non fuiſſe inſolitum et infrequens, idque non ob potentiam modo, qua in ditione ſua quisque pollebat, ſed et maiorum, adeoque* gentis ſuae regiae, *veterem ſplendorem. Accedebat, quod nonnullorum eorum* prouinciae regnorum quondam axiomate fuerint condecoratae. *Cumque adeo conſtet, Duces Franciae Orientales, ſiue Franconiae*, Duces *item* Alemanniae *ſiue Sueuiae, nec non Boioariae, ſiue Bauariae, etc. ad primam Germaniae Procerum*

* Monetam publicam cum *effigie coronata* Ducis Lotharingiae, *Anthonii*, vide in der auserleſenen Sammlung von allerhand alten und raren Species-Thalern, quae Collectio *Hamburgi* Ao. 1739. in forma quarta, cum *figuris aeneis* prodiit. Figuram hanc vide Tab. III. et deſcriptionem lege pag. 9. et 10.

rum claſſem, ſeculo cumprimis illo, quo Bracteales nummi *in vſu maxime fuere, relatos fuiſſe, minime certe à vero nos aberrare autumamus, ſi nummorum pleroſque omnes, quos* Coronas, *in perſonarum, quas illi ſiſtunt, capitibus gerere in noſtris cernimus,* Ducales *dixerimus, Ducum videlicet Franconiae, Sueuiae, etc.* Porro pag. 158. ſic ſcribit: *Suppoſito adeo,* Ducibus *etiam ſuperioribus ſeculis* Coronas *fuiſſe tributas, et nummum Fig. IV. in* Ducalium *referre claſſem, minime vereor.* Huc vſque DOEDERLINVS. *Coronam Principalem, ſed non Ducalem,* Haſſiae quoque *Principes* geſſiſſe, teſtatur celeberrimus et doctiſſimus ESTOR, in ſpecimine I. *Iuris Publici Haſſiaci,* pag. 51. vbi ita eleganter diſſerit: *In* Haſſia *quoque extitiſſe* Coronam Principum, eine Land=Crone, *docent litterae, A. 1470. ſcriptae, vbi, poſtquam pepigerant* LVDOVICVS *et* HENRICVS, *Landgrauii, concordiam, conueniunt:* Daß nebſt denen Büchern, Briefen, Regiſtern, die Land=Crone nach Homburg in Verwahrung gebracht werden ſolle.

§. XX.

Maieſtatis quoque vocabulum *Principibus* quibusdam in Germania fuiſſe attributum, idem Dominus ESTOR teſtatur, quando in citato tractatu pag. 74. ita diſſerit: *Principibus itidem haec vox,* (Maieſtas *ſcilicet*) *fuit adplicata. Ita* GERBERTVS *in epiſtola ad* DITERICVM *Epiſcopum Metenſem, No. 33. p. 673. bibliothecae patrum maximae, genere, ait: interpretationis vſi ſumus, in controuerſia,* Veſtram Maieſtatem *exacerbantis. Id quod de* Ducibus *minus mirari debemus, quippe qui, notante celebratiſſimo* ab ECKHART, *non ſolum* Coronis regiis *conſpicui viſuntur; ſed etiam, vtut non ipſi quidem reges audiant; prouinciae tamen illorum* regna *adpellantur ſaepius.*

Quae ſupra commemoratum Sereniſſimum Ducem IOHANNEM FRIDERICVM SECVNDVM, afflixere fata infeliciſſima, nota ſatis, imo notiſſima ſunt. An in omnibus recte iuſteque ſeſe in cauſa illa *Grumbachiana* geſſerit, de hoc mihi in praeſenti diſquirere non licet. Haud difficile mihi eſſet, ad eum aliqua ex parte defendendum, varia non ſine pondere proferre inque lucem publicam protrahere. Praeſens inſtitutum hoc non vult pati, forte alia occaſione hoc fiet. Interim hoc tantum affirmo: Sereniſſimum hunc *Principem*, ob hactenus demonſtrata, non iniuſte egiſſe, quod effigiem ſuam *corona* ornatam, huic Numiſmati imprimendam curauerit, multos enim *Duces* in hoc puncto, vti ſupra fuit oſtenſum, idem facientes, anteceſſores et quaſi Anteſignanos habuit.

§. XXIV.

Liceat adhuc aliquid de *Coronis Ducum* adiicere SEBASTIANVS FESCHIVS, in diſſertatione *de Inſignibus, eorumque Iure*, Cap. VI. No. 2. p. m. 44. deſcriptionem *Coronarum Ducalium* affert, ſequenti modo: *Corona Ducalis* eſt circulus laminae aureae, lapillis pretioſis diſtinctae, ex quo flores et folia vndique ſurgunt. In ſequentibus de coronis Marchionum et Comitum *heraldicis* agit, et in hoc quoque doctrinae, nempe ſtudii heraldici genere, *Ducalium Coronarum* praeeminentiam à ceteris ita diſtinguit: Illud itaque *Ducum praecellentiam* arguit, quod eorum *corona gemmis et lapidibus pretioſis* ornetur, quibus Marchionum ac Comitum deſtituitur. FRECCIA, ad Tit. quis dicatur Dux, n. 44. et n. 45. Tit. de ſubfeud. RVDOLFINVS de dignitate Duc. Ital. n. 26. GARSIAS de Magiſtr. L. 4. c. 5. Sed, haec ad In-

Inſignium notitiam et ſcientiam, quam *Heraldicam* vocant, pertinent. Nobis in praeſenti ſufficiat, ex huc usque adductis, praeſertim ex iis, quae ex antiquis Nummis et monumentis eruimus, ſatis ſuperque apparere, *Coronas Ducales* non eſſe nuda Signa in arte, quam vocant *Heraldica*, vſitata; Sed per eas vtique *dignitatem aliquam regalem* indigitari. Ceterum de *ducalibus Coronis* legi quoque meretur ALTESERRA, de Ducibus et Comitibus Galliae prouincialibus p. m. 317. et 318. Nummos quoque nonnullos, in quibus *Duces recentioris aeui*, cum *coronis* in capite conſpiciuntur, Catalogus meus *Nummorum antiquorum et modernorum*, Ao. 1732. editus, exhibet, et quidem in pag. 56. et 71.

SECTIO II.

DE MAGNO-DVCALI SIGILLO MAIESTATIS SAXONICO.

PROOEMIVM.

I*n omni fere Germaniae Prouincia, non deſunt* Iura Principum *praeſtantiſſima, huc usque latentia, per quae, ſi denuo vindicentur, et in lucem publicem ponantur*, Principis ſplendor atque potentia *tam conſeruari, quam egregie augeri poſſet. Optandum igitur eſſet*, vt doctrina iuris publici particularis, *maiori, quam quidem huc usque factum eſt, diligentia excoleretur. De peculiari huius ſtudii vtilitate quaedam à me in medium prolata ſunt, in praefatione, quam praemiſi* Delineationi Iuris publici Saxoni-

ci, quo Sereniſſima Domus Saxonica praecipue fruitur atque gaudet, *etc. quae in forma octaua, Ao. 1717. Ienae, impenſis* Chriſtiani Pohlii, *in lucem publicam prodiit. Poſt haec iacta in* iure publico particulari *fundamenta, viri quidam eruditiſſimi vtiliſſimo huic ſtudio magis magisque operam dederunt, inter quos merito primum locum occupat Doct.* Gottlieb Wabſt, *qui Anno 1732. Lipſiae, impenſis* Caſparis Fritſchii, *edidit:* Ius publicum prouinciale Saxonicum, oder, Hiſtoriſche Nachricht von des Chur-Fürſtenthums Sachſen, und derer darzu gehörigen Lande, jetziger Verfaſſung, aus *authentiſchen* Urkunden abgefaſſet, *etc. Iam antea celeberrimus conſiliarius aulicus, D.* Adam Friedrich Glafey, *promiſerat, orbi erudito per typographiam communicare:* Ein vollſtändiges *Ius Publicum* Saxonicum, *ad quod in Nucleo Hiſtoriarum Saxonicarum,* (in dem Kerne der Sächſiſchen Geſchichte) *haud infirma ab eo iacta fuerunt fundamenta; ipſum autem ſyſtema promiſſum, quantum mihi conſtat, nondum lucem adſpexit publicam. Interim ad tale ſyſtema eo melius perficiendum, vtique quam maxime conducit, ſingularium, ad hoc* particulare Ius publicum *pertinentium materiarum, diſcuſſio, et cum eruditione ac prudentia coniuncta elaboratio. Ego itaque, quantum in me ſitum eſt, et officii mei ſaepe moleſtiſſimi, aliarumque circumſtantiarum ratio permittet, hoc quoque ſtudiorum genus, qua fieri poteſt aſſiduitate, in deliciis habebo, et in hac quoque eruditionis parte, animum meum promptiſſimum, SERENISSIMAE DOMVI SAXONICAE ſubiectiſſime inſeruiendi, demonſtrabo. Me itaque nunc accingo ad materiam, in huius* Commentationis *titulo propoſitam, non quidem pro debita dignitate, ſed quantum à mea tenuitate expectari poteſt, illuſtrandam.*

§. I.

Prae aliis Imperii Sacro-Romano-Germanici *Principibus*, Sereniſſimi SAXONIAE DVCES variis gau-

gaudent *peculiaribus Iuribus regalibus.* * Nominare iam ſufficiat praeſtantiſſimum *Ius de non appellando, et, de non euocandis ſubditis ad Imperii tribunal extra Saxonica Territoria, poſitum.* De hoc legi meretur BENEDICTI CARPZOVII diſſertatio *de non prouocando à Domo Saxonica.* In maiorem adhuc lucem eminentiſſimum hoc Ius euexit doctiſſimus et famigeratiſſimus Doctor et Iuris Profeſſor *Ienenſis,* IOHANNES FRIDERICVS HERTELIVS, in diſſertatione, *de priuilegio Saxonico de non appellando, ad terras Miſnicas, Thuringicas et Franconicas extendendo,* reſpondente et auctore IO. CHRISTIANO WAITZIO, Gothano. ** Prodiit haec eruditiſſima diſſertatio Ienae 1734.

§. II.

In praeſenti tantum *de Magno-Ducali Sigillo Maieſtatis Saxonico,* ſolliciti erimus. Hoc enim Sereniſſima Domus *Ducalis Saxonica,* prae aliis Germaniae Ducibus, praecipuum habet, vt in antiquis temporibus et retro actis ſeculis, non ſolum axiomate et titulo *Magni Ducis;* ſed etiam *Sigillo Maieſtatis,* in documentis publicis, vſa ſit. Hoc, vt eo euidentius cuilibet pateat, primum

* Videatur IOH. VOLCK. BECHMANNI, qui quondam in Academia *Ienenſi* Iuris docuit prudentiam, diſſertatio, *de Iuribus Sereniſſimae Domus Saxonicae, quae prodiit* typis exſcripta, *Ienae,* AO. MDCLX. in quaternis.

** Vide quoque Domini DE LVDVVIG, ſiue GIOVANNI, Germaniae Principem, Lib. III. Cap. III. pag. m. 150. 151. et 152. item Cap. IV. pag. m. 184. vbi ſic diſſerit: Priuilegium de non appellando non Elector tantum *Saxoniae* habet; ſed omnes reliqui eiusdem familiae *Duces,* NB. in ditionibus vniuerſis.

agendum eſt de titulo: *Magni Ducis*, veteribus Saxoniae *Ducibus* vſitato. De hoc inter alios teſtimonium perhibet GOTTFRIDVS OLEARIVS in Halygraphia Topo-Chronologica, p. m. 12. vbi ſequentia leguntur: **Käyſer Otto**, der Erſte und Groſſe genannt, ein gebohrner **Groß-Hertzog zu Sachſen**, wie FABRICIVS in Orig. Saxon. von VVIDEKINDO, MENTZIVS im Stamm-Buch, von LVDOLPHO, biß auf Käyſer Heinrich den **Anderen**, ſolchen Titul continuiret, von Ao. Chriſti 843. **Schultz** in der Welt-Beſchreibung aber fol. 108. von **Wipprecht**, Wiedekinds Sohn, von Ao. 827. beyde biß 1024. Auch dienet hierbey zur Illuſtration, was **Cyriacus Spangenberg**, im erſten Theile ſeines Adel-Spiegels, Lib. X. Cap. X. folgender Geſtalt anführet: **Der erſte Groß-Hertzog zu Sachſen** iſt geweſen, **Widekind der ältere**, von Käyſer **Carl dem Groſſen**, zu dieſer Dignität erhöhet. Man findet der alten **Hertzogen zu Sachſen** Gemählde zu **Wittenberg**, und anders wo, da unter **Hertzogs Ludolphs** des I. Bildniß dieſe Reime ſtehen:

Groß-Herrn zu Sachſen / macht mich ehe /
Ludwig der König Germaniæ.
Nach GOttes Geburt 800. Jar und 42.

Und unter Hertzog **Bennen** Bildniß:

Zu Sachſen Groß-Hertzog * ich ward /

Als

* Habemus extra Saxoniam etiam *Magnos Duces*, vt in Italia et Polonia. De dignitate *Magni Ducis* in Italia, THEODORVS REINKINGIVS, in libro: de Regimine ſeculari et eccleſiaſtico, Lib. I. Claſſ. IV. pag. m. 107. ſic differit: Sunt etiam *Magni Duces*, **Groß-Hertzoge**, quos tamen in Ger-

Als man zalt nach Chriſtus Geburt/
Neunhundert drey und ſiebenzig Jahr.
Und unter Hertzog Bernhards Bilde:
Groß-Fürſt war ich in Sachſen, etc.

Ferner führet vorgedachter Spangenberg im Adel-Spiegel, P. I. Cap. 19. fol. m. 315. b) von Marggraf Ludolphen, folgendes an: Marggraff Ludolph, welcher von ſeinem Stief-Vater, Käyſer Conraden, zu einem großen Herrn und Groß-Fürſten gemacht ward, in Sachſen, Thüringen und am Harz. Hus vſque OLEARIVS. Audiamus porro CHRISTIANVM HENRICVM WEISSIVM, in *Antiquitatum Miſnico-Saxonicarum ſingularibus*, quae Anno MDCCXXVII. *Chemnitii*, in forma octaua, prodierunt, in quibus pag. 339. ſequentia occurrunt: LVDOLPHVM I. HENRICI AVCVPIS auum, à LVDOVICO PIO, Imperatore, ex Marcgrafio *Ducem Saxoniae Magnum* creatum eſſe, FABRICIVS defendit in Orig. Sax. L. II. f. 97. et pag. ſeq. Clariſſimus hic WEISIVS porro ſcribit: „LVDOLPHVM excepit BRVNO ac OTTO,

D 3 „*magnus*

mania nullos habemus. Talis in Italia dignitas *Magni Ducis*, quam *Coſmus Medices*, Florentiae Dux, obtinuit à Pio V. Pontifice, cum habitu, *Inſignibus* atque *corona Regis*, et titulo: *Sereniſſimi*. De hac *corona* A. 1738. ſequentia occurrebant: in dem Nachtrage zu den wöchentlichen kurtzgefaßten und privilegirten Nachrichten der neueren Europäiſchen Begebenheiten, Regenſpurg, No. VI. Ao. 1738. pag. 109. in fine, et pag. 110. ab initio: Nachdem die gegenwärtige Regierung des Groß-Hertzogs von Toſcana, die, von der Groß-Hertzoglichen Crone dependirende Lehen, und die Vaſallen, etc. etc.

„*magnus Saxoniae Dux*, qui iuſto dominatus eſt Princi-„patu in ſua prouincia.„ Vide VITTEKINDI annales, L. I. fol. 634. Qui Inſignia *magni Ducatus Saxonici* delineata videre cupit, is euoluat PETRI ALBINI **Meißniſche Land-***Chronicam*, p. m. 425. vbi illa reperiet. Videatur quoque huius ALBINI **New Stammbuch** und „Beſchreibung des uhralten Königlichen, Chur- und Fürſtli-„chen Geſchlechts und Hauſes Sachſen, in welchem **Witte-**„**kind der Große** genandt, letzter König, und erſter in ſeinem „Geſchlecht, des Römiſchen Reichs Fürſt und Hertzog geweſen. Hunc ego libellum hodie per-rarum, *Lipſiae*, per *Abraham Lambergium* Ao. 1602. in forma quarta impreſſum, et multis figuris ligno inciſis, ornatum, ipſe poſſideo, in quo pag. 292. Inſignia non quidem *magni Ducatus Saxonici*; ſed Inſignia *Regni Saxonici*, (**des Königreichs Sachſen**) apparent, quae ex ſcuto rotundo conſiſtunt, in cuius parte ſuperiore *dimidiata aquila cum corona in capite*, et in inferiore clypei parte, Leo et Draco, conſpiciuntur. Reges Saxoniae in figuris aeneis egregie ante oculos poſuit SIGISMVNDVS **von Bircken im** „**Sächſiſchen Helden-Saal**, oder, kurtze ausführliche Be-„ſchreibung der Ankunfft, Aufnahme, Fortpflantzung und vor-„nehmſten Geſchichten des Hochlöblichen Haußes Sachſen, „ſamt deſſen Genealogie, Wappen, und Kupffer-Bildniſſen.„ Elegantiſſimus hic libellus, quem quoque poſſideo, prodiit *Norimbergae* in forma duodecima, A. MDCLXXII. et ante aliquot annos denuo recuſus eſt. Obiter hic notamus, excellentiſſimum Dominum DE LVDWIG, in Germaniae Principe, ſub nomine: LVDOVICI PETRI GIOVANNI, A. MDCCXI. Halae edito, in Libro

III.

III. p. m. 14. ſtatuiſſe: WITTEKINDVM *magnum* è Regum Saxoniae numero eſſe delendum. Sed, hoc aſſertum firmioribus argumentis eſſet demonſtrandum. Forte alia occaſione, quid ego ſentiam, indicabo. Interim, meo quidem iudicio, certiſſimum manet, ante huius WITTEKINDI tempora *Reges in Saxonia regnaſſe*, è quibus iam nominare ſufficiat: HARDERICVM, ANSERICVM, WEDEKINDVM, MAIRBODIVM, BODIVM, WITTIVM, WITTIVM II., WITTGISELVM, HENGISTVM, *qui praeter regnum Saxonicum, nouum in Britannia regnum fundauit*, * HATWACKERVM, HILDERICVM, BERTHOLDVM, SIGHARTVM, DIETRICVM, etc. Vide DRESSERI Chronicon, et ſupra laudatum SIGISMVNDVM A BIRCKEN, im Sächſiſchen Helden-Saal.

§. III.

Nunc me conuerto ad *Magno-Ducale Sigillum Maieſtatis Saxonicum*. Praeprimis autem notatu digniſſima ſunt illa, quae ſaepe laudatus excellentiſſimus Dn. DE LVDWIG, in ſupra commemorato *Germaniae Principe*, in Libro III. Cap. 4. §. XXIII. pag. m. 179. 180. et 181. hac de materia in medium protulit, quae de verbo ad verbum cum beneuolo lectore communicamus. Sic enim diſſerit: *Sigillo Maieſtatis* A. 1456. *Saxoniae Duces* vſos fuiſſe,

* De hoc vide ſcriptum, à me, Ao. 1736. publicatum, ſub rubrica: Von dem Sächſiſchen Urſprunge derer Groß-Brittanniſchen Monarchen, bey der höchſt-glückſeeligen Vermählung des Königlichen Cron-Printzens von Wallis, FRIDERICI LVDOVICI, mit der Durchlauchtigſten Sachſen-Gothaiſchen Princeßin AVGVSTA.

Principibus Proteſtantibus in ſuis territoriis et regionibus competunt, ex quibus haud difficile eſt iudicare, quantum praeſtent *Principes Proteſtantes* pro eis, qui Romano-Catholicae religioni ſunt addicti, quod latius et ſatis docte atque egregie fuit oſtenſum à Domino IOH. PETRO DE LVDWIG, in eruditiſſima diſſertatione *de Praecipuo Principis Euangelici*, vom Evangeliſchen Vor-Recht eines Fürſten, quae prodiit Halae Anno 1719. Haec omnia autem Iura, tam politica, quam eccleſiaſtica, ſiue ſacra, ſunt pura effluuia *Potentatus* illius, de quo huc vſque egimus, ex quorum radiis *ſplendorem Maieſtatis Principum Germanicorum*, ſic dilucide agnoſcere poſſumus, quam ſolem, quando meridianum in coelo ſereno curſum attingit. Qui plura de latiſſimo et eminentiſſimo hoc *Potentatus* Iure legere cupit, illum ablegamus ad CHRISTIANI WILDVOGELII doctiſſimam diſquiſitionem *de genuina origine Potentatus Principum in Imperio Romano-Germanico*, quae prodiit Ienae Ao. MDCCXXI.

§. XIX.

praebendariis, à *Statibus Imperii euangelicis*, per Iura Canonica et Leges Imperii, ad ſuprema Germaniae tribunalia, Aulicum ſcilicet et Camerale, non poſſit licite appellari, nec ab iisdem deſuper cognitio inſtitui; ſed etiam ex genuinis principiis, atque ſolidis rationibus, *Statibus Imperii euangelicis* in ditionibus ſuis Ius ſummum ſeu papale, circa omnes cauſas eccleſiaſticas et ſpirituales, competere, aſſeritur, Editio IV. A. 1723. KEMMERICHII Amoenitates Iuris publici, *de Iure Principis circa dogmata fidei*, Ienae 1730. BOEHMERI de *ſublimi Principum et Statuum Euangelicorum Iure*, in cauſis et negotiis tum ſacris quam profanis, et STRYCKIVM de *Iure papali Principum Proteſtantium*, etc.

§. XIX.

Inter omnes autem Imperii Romano-Germanici *Principes*, omni tempore *Duces*, (die Hertzoge) ſingulari gauiſi ſunt Praerogatiua, ita, ut etiam *Coronas* geſſerint. Ab inſtituto noſtro haud alienum erit, quaedam hoc loco de *Coronis Ducum* in medium proferre. Ex antiquitate igitur ſatis ſuperque demonſtrari poteſt, *Duces, Principesque Romano-Germanici Imperii, coronas geſtaſſe*, quod luculentiſſime patet ex nummis quibusdam antiquis, in quibus *Ducum* imprimis imagines conſpiciuntur cum capitibus *Corona* condecoratis. De veritate huius aſſerti inter alios ſequentes celeberrimi Auctores teſtimonium perhibent: Dn. ECCARDVS in der Erklärung des Ebneriſchen Kleinodien-Käſtleins, §. IV. p. 3. et ſequ. item pag. 49. ſic diſſerit: Es trugen die alten Könige und Hertzoge Cronen von gleicher Geſtalt. Es war dieſe ein bloſſer güldener, oder, mit Perlen und andern Edelgeſteinen, beſetzter Band, Circkel, oder Diadema, welcher hernach mit ſchlechten, (wie etwan in der alten *Corona* radiata,) oder auch mit ausgeſchweifften, theils Lilien, theils Blat-förmigen Spitzen, oder Circkeln, gezieret wurde. Et paulo ante, §. III. p. 2. In Teutſchland wurden in dem XII. und folgenden Jahr-Hunderten den Hertzoglichen Perſonen zackigte, oder auch ausgeſchweiffte Cronen, zugeeignet. Und, daß Hertzoge dergleichen Cronen getragen, haben wir oben aus Hertzog Bernhards Müntze erſehen. Haec confirmant ea, quae perilluſtris Dominus de LVDWIG, ex antiquitate docuit in der Einleitung zum teutſchen Müntz-Weſen mittler Zeiten, vbi Cap. XI. §. VII. p. 96. ſequentem in modum ſententiam ſuam hac de

materia exponit: Jedoch hat man auch Pfennige, (id eſt, nummos bracteatos) da die Reichs-Fürſten mit einer Crone vorgeſtellet werden. Prodeat nunc quoque in medium IOH. ALEX. DOEDERLINVS, qui Ao. 1729. Norimbergae egregium libellum in lucem publicam edidit, ſub titulo: *Commentatio hiſtorica, de nummis Germaniae mediae, quos vulgo bracteatos et cauos, vernacule,* Blech- und Hohl-Müntzen, *adpellant,* etc. In doctiſſimo hoc Scripto pag. 155. etiam varia curioſiſſima de *Coronis Ducum* afferuntur, è quibus aliquid tantum hic delibabimus: Continuator ſane AIMONII, cap. XXXII. de Carolo Caluo Imp. memoriae prodit: *Romam exiens Papiam venit, vbi et placitum ſuum habuit, et Boſone, vxoris ſuae fratre* Duce *ipſius terrae conſtituto, et CORONA DVCALI ornato, ad Monaſterium St. Dionyſii, peruenit, etc. Ex quibus apparet,* Ducibus *et* Principibus Imperii primariis, *et* Coronas *in Inſignibus gerere, et in nummis* * *geſtare, non fuiſſe inſolitum et infrequens, idque non ob potentiam modo, qua in ditione ſua quisque pollebat, ſed et maiorum, adeoque* gentis ſuae regiae, *veterem ſplendorem. Accedebat, quod nonnullorum eorum* prouinciae regnorum quondam axiomate fuerint condecoratae. *Cumque adeo conſtet, Duces Franciae Orientales, ſiue Franconiae,* Duces *item* Alemanniae *ſiue Sueuiae, nec non Boioariae, ſiue Bauariae, etc. ad primam Germaniae Procerum*

* Monetam publicam cum *effigie coronata* Ducis Lotharingiae, *Anthonii,* vide in der auserleſenen Sammlung von allerhand alten und raren Species-Thalern, quae Collectio *Hamburgi* Ao. 1739. in forma quarta, cum *figuris aeneis* prodiit. Figuram hanc vide Tab. III. et deſcriptionem lege pag. 9. et 10.

rum claſſem, ſeculo cumprimis illo, quo Bracteales nummi *in vſu maxime fuere, relatos fuiſſe, minime certe à vero nos aberrare autumamus, ſi nummorum pleroſque omnes, quos* Coronas, *in perſonarum, quas illi ſiſtunt, capitibus gerere in noſtris cernimus*, Ducales *dixerimus, Ducum videlicet Franconiae, Sueuiae, etc.* Porro pag. 158. ſic ſcribit: *Suppoſito adeo*, Ducibus *etiam ſuperioribus ſeculis* Coronas *fuiſſe tributas, et nummum Fig. IV. in* Ducalium *referre claſſem, minime vereor.* Huc vſque DOEDERLINVS. *Coronam Principalem, ſed non Ducalem*, Haſſiae quoque *Principes* geſſiſſe, teſtatur celeberrimus et doctiſſimus ESTOR, in ſpecimine I. *Iuris Publici Haſſiaci*, pag. 51. vbi ita eleganter diſſerit: *In* Haſſia *quoque extitiſſe* Coronam Principum, **eine Land-Crone**, *docent litterae, A. 1470. ſcriptae, vbi, poſtquam pepigerant* LVDOVICVS *et* HENRICVS, *Landgrauii, concordiam, conueniunt:* **Daß nebſt denen Büchern, Briefen, Regiſtern, die Land-Crone nach Homburg in Verwahrung gebracht werden ſolle.**

§. XX.

Maieſtatis quoque vocabulum *Principibus* quibusdam in Germania fuiſſe attributum, idem Dominus ESTOR teſtatur, quando in citato tractatu pag. 74. ita diſſerit: *Principibus itidem haec vox, (*Maieſtas *ſcilicet) fuit adplicata. Ita* GERBERTVS *in epiſtola ad* DITERICVM *Epiſcopum Metenſem, No. 33. p. 673. bibliothecae patrum maximae, genere, ait: interpretationis vſi ſumus, in controuerſia*, Veſtram Maieſtatem *exacerbantis. Id quod de* Ducibus *minus mirari debemus, quippe qui, notante celebratiſſimo* ab ECKHART, *non ſolum* Coronis regiis *conſpicui viſuntur; ſed etiam, vtut non ipſi quidem reges audiant; prouinciae tamen illorum* regna *adpellantur ſaepius.*

Quibus praemiſſis, ratio in promptu eſt, cur Teutonum Principes Maieſtatem *ſibi tribuerint, et* Sigilla maiora Maieſtatis nomine *inſigniverunt.* Huc usque doctiſſimus Dominus ESTOR.

§. XXI.

Ducum Prouincias, vti in §. praecedente Dominus ESTOR docuit, *regna* ſaepius fuiſſe adpellata, hocquoque confirmatur, et ſatis luculenter adparet ex *Lege Alemannorum*, maxime vero ex Capite XXXV. vbi ſequentia leguntur: Si quis *Dux* habet filium - - - et filius eius vult eum dishonorare, aut per raptum REGNVM eius poſſidere, etc. Vide PHILIPPI THEODORI VERPORTENII commentationem hiſtoricam, *de Ducatibus in veteri Germaniae regno, haereditariis, eorumque origine*, quae cum annotationibus IOH. EHRENFRIEDII ZSCHACKWITZII recuſa eſt Halae Magdeburgicae Anno MDCCXXVI. Hinc recte DOEDERLINVS, in ſupra laudato Tractatu, §. LXXVI. p. 157. ſcripſit: Geſſiſſe vero et *Duces*, Principesque Imperii, *Sceptra liliata pariter et laureata*, in numis ſuis *Brandenburgicis* pluribus oſtendit celeberrimus DE LVDWIG Tom. VII. Reliqu. MSS. Diplomat. Confer. Nummorum *Brandenb.* T. V. n. 113. non tam *Maieſtatis*, quam Poteſtatis ſigna et *χειτήεια*; quippe non alio modo Prouincias ſuas rexiſſe conſtat *Duces* veteres, ac *ipſi Reges*, ſumma rerum potiti. - - Quid adeo mirum, quod in Inſignibus ſuis nulla non *Summae Poteſtatis arma* adſciuerint.

§. XXII.

Duces vero *Germaniae*, non ſolum *Coronas* et *Sceptra* geſſiſſe, eorumque prouincias *regna* adpellata, moreque

reque et *modo regio* gubernata fuiſſe; Sed etiam ritu admodum ſolenni *coronatos* fuiſſe, hoc aſſerit D. IOH. IAC. MASCOVIVS, quando in exercitatione iuris publici: *de Regali imperialique Auguſtorum Germaniae Auguſtarumque coronatione*, ſtatim ab initio ſic ſeſe explicat: Varii fuerunt ritus gentium in declarandis regnorum auſpiciis, ſed, ante reliquos *coronatio* eminere ſenſim coepit, obtinuitque non in *Regum modo*, ſed et *Ducum* aliquot inaugurationibus.

§. XXIII.

Exinde ſine dubio factum eſt, quod effigiem ſuam, *corona* ornatam, Monetae maiori, Ioachimicum valore aequanti, imprimi curauerit, IOHANNES FRIDERICVS II. *Dux Saxo-Gothanus.* Monetam hanc publicam Saxonicam, cum effigie *Ducis coronati*, aeri inciſam videre licet in CHRISTIANI IVNCKERI **Güld- und ſilbernen Ehren-Gedächtniß des theuren Gottes-Lehrers**, *D. Martini Lutheri*, ubi pag. 317. et ſeq. ſic deſcribitur: Des Hertzogs Bildniß in einem herrlichen Habit, mit einer **prächtigen Crone** auf dem Haupte, und der Beyſchrifft: DEI. Gratia. IOHannes FRIdericus SECundus. DVX. SAXoniae. COMES PROvincialis TVRINGIÆ. ET. Marchio MISNiae. das iſt: Von Gottes Gnaden, Johann Friedrich der Andere, Hertzog zu Sachſen, Land-Graf in Thüringen und Marggraff zu Meiſſen. Auf der anderen Seiten das Hertzogliche Sächſiſche Wappen, mit der teutſchen Umſchrifft: ALLEIN. EVANGELIVM. IST. ONE. VERLVST. In eadem pagina celeberrimus IVNCKERVS hanc addidit notam: Dieſe **Crone** iſt etwas gantz ſonderbares, und wird nicht leicht auf einer andern Chur- oder Fürſtl. Sächſiſchen Medaille zu ſehen ſeyn, etc.

Quae

Quae ſupra commemoratum Sereniſſimum Ducem IOHANNEM FRIDERICVM SECVNDVM, afflixere fata infeliciſſima, nota ſatis, imo notiſſima ſunt. An in omnibus recte iuſteque ſeſe in cauſa illa *Grumbachiana* geſſerit, de hoc mihi in praeſenti diſquirere non licet. Haud difficile mihi eſſet, ad eum aliqua ex parte defendendum, varia non ſine pondere proferre inque lucem publicam protrahere. Praeſens inſtitutum hoc non vult pati, forte alia occaſione hoc fiet. Interim hoc tantum affirmo: Sereniſſimum hunc *Principem*, ob hactenus demonſtrata, non iniuſte egiſſe, quod effigiem ſuam *corona* ornatam, huic Numiſmati imprimendam curauerit, multos enim *Duces* in hoc puncto, vti ſupra fuit oſtenſum, idem facientes, anteceſſores et quaſi Anteſignanos habuit.

§. XXIV.

Liceat adhuc aliquid de *Coronis Ducum* adiicere SEBASTIANVS FESCHIVS, in diſſertatione *de Inſignibus, eorumque Iure*, Cap. VI. No. 2. p. m. 44. deſcriptionem *Coronarum Ducalium* affert, ſequenti modo: *Corona Ducalis* eſt circulus laminae aureae, lapillis pretioſis diſtinctae, ex quo flores et folia vndique ſurgunt. In ſequentibus de coronis Marchionum et Comitum *heraldicis* agit, et in hoc quoque doctrinae, nempe ſtudii heraldici genere, *Ducalium Coronarum* praeeminentiam à ceteris ita diſtinguit: Illud itaque *Ducum praecellentiam* arguit, quod eorum *corona gemmis et lapidibus pretioſis* ornetur, quibus Marchionum ac Comitum deſtituitur. FRECCIA, ad Tit. quis dicatur Dux, n. 44. et n. 45. Tit. de ſubfeud. RVDOLFINVS de dignitate Duc. Ital. n. 26. GARSIAS de Magiſtr. L. 4. c. 5. Sed, haec ad

In-

Inſignium notitiam et ſcientiam, quam *Heraldicam* vocant, pertinent. Nobis in praeſenti ſufficiat, ex huc usque adductis, praeſertim ex iis, quae ex antiquis Nummis et monumentis eruimus, ſatis ſuperque apparere, *Coronas Ducales* non eſſe nuda Signa in arte, quam vocant *Heraldica*, vſitata; Sed per eas vtique *dignitatem aliquam regalem* indigitari. Ceterum de *ducalibus Coronis* legi quoque meretur ALTESERRA, de Ducibus et Comitibus Galliae prouincialibus p. m. 317. et 318. Nummos quoque nonnullos, in quibus *Duces recentioris aeui*, cum *coronis* in capite conſpiciuntur, Catalogus meus *Nummorum antiquorum et modernorum*, Ao. 1732. editus, exhibet, et quidem in pag. 56. et 71.

SECTIO II.

DE

MAGNO-DVCALI SIGILLO MAIESTATIS SAXONICO.

PROOEMIVM.

In omni fere Germaniae Prouincia, non deſunt Iura Principum *praeſtantiſſima, huc usque latentia, per quae, ſi denuo vindicentur, et in lucem publicem ponantur*, Principis ſplendor atque potentia *tam conſeruari, quam egregie augeri poſſet. Optandum igitur eſſet*, vt doctrina iuris publici particularis, *maiori, quam quidem huc usque factum eſt, diligentia excoleretur. De peculiari huius ſtudii vtilitate quaedam à me in medium prolata ſunt, in praefatione, quam praemiſi* Delineationi Iuris publici Saxoni-

ci, quo Sereniſſima Domus Saxonica praecipue fruitur atque gaudet, *etc. quae in forma octaua, Ao. 1717. Ienae, impenſis* Chriſtiani Pohlii, *in lucem publicam prodiit. Poſt haec iacta in* iure publico particulari *fundamenta, viri quidam eruditiſſimi vtiliſſimo huic ſtudio magis magisque operam dederunt, inter quos merito primum locum occupat Doct.* Gottlieb Wabſt, *qui Anno 1732. Lipſiae, impenſis* Caſparis Fritſchii, *edidit:* Ius publicum prouinciale Saxonicum, oder, Hiſtoriſche Nachricht von des Chur-Fürſtenthums Sachſen, und derer darzu gehörigen Lande, jetziger Verfaſſung, aus *authentiſchen* Urkunden abgefaſſet, *etc. Iam antea celeberrimus conſiliarius aulicus, D.* Adam Friedrich Glafey, *promiſerat, orbi erudito per typographiam communicare:* Ein vollſtändiges *Ius Publicum* Saxonicum, *ad quod in Nucleo Hiſtoriarum Saxonicarum,* (in dem Kerne der Sächſiſchen Geſchichte) *haud infirma ab eo iacta fuerunt fundamenta; ipſum autem ſyſtema promiſſum, quantum mihi conſtat, nondum lucem adſpexit publicam. Interim ad tale ſyſtema eo melius perficiendum, vtique quam maxime conducit, ſingularium, ad hoc* particulare Ius publicum *pertinentium materiarum, diſcuſſio, et cum eruditione ac prudentia coniuncta elaboratio. Ego itaque, quantum in me ſitum eſt, et officii mei ſaepe moleſtiſſimi, aliarumque circumſtantiarum ratio permittet, hoc quoque ſtudiorum genus, qua fieri poteſt aſſiduitate, in deliciis habebo, et in hac quoque eruditionis parte, animum meum promptiſſimum,* SERENISSIMAE DOMVI SAXONICAE *ſubiectiſſime inſeruiendi, demonſtrabo. Me itaque nunc accingo ad materiam, in huius* Commentationis *titulo propoſitam, non quidem pro debita dignitate, ſed quantum à mea tenuitate expectari poteſt, illuſtrandam.*

§. I.

Prae aliis Imperii Sacro-Romano-Germanici *Principibus*, Sereniſſimi SAXONIAE DVCES variis

gau-

gaudent *peculiaribus Iuribus regalibus.* * Nominare iam ſufficiat praeſtantiſſimum *Ius de non appellando, et, de non euocandis ſubditis ad Imperii tribunal extra Saxonica Territoria, poſitum.* De hoc legi meretur BENEDICTI CARPZOVII diſſertatio *de non prouocando à Domo Saxonica.* In maiorem adhuc lucem eminentiſſimum hoc Ius euexit doctiſſimus et famigeratiſſimus Doctor et Iuris Profeſſor *Ienenſis,* IOHANNES FRIDERICVS HERTELIVS, in diſſertatione, *de priuilegio Saxonico de non appellando, ad terras Miſnicas, Thuringicas et Franconicas extendendo,* reſpondente et auctore IO. CHRISTIANO WAITZIO, Gothano. ** Prodiit haec eruditiſſima diſſertatio Ienae 1734.

§. II.

In praeſenti tantum *de Magno-Ducali Sigillo Maieſtatis Saxonico,* ſolliciti erimus. Hoc enim Sereniſſima Domus *Ducalis Saxonica,* prae aliis Germaniae Ducibus, praecipuum habet, vt in antiquis temporibus et retro actis ſeculis, non ſolum axiomate et titulo *Magni Ducis;* ſed etiam *Sigillo Maieſtatis,* in documentis publicis, vſa ſit. Hoc, vt eo euidentius cuilibet pateat, primum

 agen-

* Videatur IOH. VOLCK. BECHMANNI, qui quondam in Academia *Ienenſi* Iuris docuit prudentiam, diſſertatio, *de Iuribus Sereniſſimae Domus Saxonicae, quae prodiit* typis exſcripta, *Ienae,* AO. MDCLX. in quaternis.

** Vide quoque Domini DE LVDVVIG, ſiue GIOVANNI, Germaniae Principem, Lib. III. Cap. III. pag. m. 150. 151. et 152. item Cap. IV. pag. m. 184. vbi ſic diſſerit: Priuilegium de non appellando non Elector tantum *Saxoniae* habet; ſed omnes reliqui eiusdem familiae *Duces,* NB. in ditionibus vniuerſis.

agendum eſt de titulo: *Magni Ducis*, veteribus Saxoniae *Ducibus* vſitato. De hoc inter alios teſtimonium perhibet GOTTFRIDVS OLEARIVS in Halygraphia Topo-Chronologica, p. m. 12. vbi ſequentia leguntur: **Kàyſer Otto**, der **Erſte** und **Groſſe** genannt, ein gebohrner **Groß-Hertzog zu Sachſen**, wie FABRICIVS in Orig. Saxon. von VVIDEKINDO, MENTZIVS im Stamm-Buch, von LVDOLPHO, biß auf Kàyſer **Heinrich** den **Anderen**, ſolchen Titul continuiret, von Ao. Chriſti 843. **Schultz** in der Welt-Beſchreibung aber fol. 108. von **Wiprecht**, Widekinds Sohn, von Ao. 827. beyde biß 1024. Auch dienet hierbey zur Illuſtration, was **Cyriacus Spangenberg**, im erſten Theile ſeines **Adel-Spiegels**, Lib. X. Cap. X. folgender Geſtalt anführet: **Der erſte Groß-Hertzog zu Sachſen** iſt geweſen, **Widekind der àltere**, von Kàyſer **Carl dem Groſſen**, zu dieſer Dignitàt erhöhet. Man findet der alten **Hertzogen** zu **Sachſen** Gemàhlde zu **Wittenberg**, und anders wo, da unter **Hertzogs Ludolphs** des I. Bildniß dieſe Reime ſtehen:

Groß-Herrn zu Sachſen/ macht mich ehe/
Ludwig der König Germaniæ.
Nach GOttes Geburt 800. **Jar und** 42.

Und unter **Hertzog Bennen** Bildniß:

Zu Sachſen Groß-Hertzog * ich ward/

Als

* Habemus extra Saxoniam etiam *Magnos Duces*, vt in Italia et Polonia. De dignitate *Magni Ducis* in Italia, THEODORVS REINKINGIVS, in libro: de Regimine ſeculari et eccleſiaſtico, Lib. I. Claſſ. IV. pag. m. 107. ſic differit: Sunt etiam *Magni Duces*, **Groß-Hertzoge**, quos tamen in Ger-

Als man zalt nach Chriſtus Geburt/
Neunhundert drey und ſiebentzig Jahr.
Und unter Hertzog Bernhards Bilde:
Groß-Fürſt war ich in Sachſen, etc.

Ferner führet vorgedachter Spangenberg im Adel-Spiegel, P. I. Cap. 19. fol. m. 315. b) von Marggraf **Ludolphen**, folgendes an: Marggraff **Ludolph**, welcher von ſeinem Stief-Vater, Käyſer **Conraden**, zu einem **großen Herrn und Groß-Fürſten** gemacht ward, in **Sachſen**, **Thüringen** und am **Hartz**. Hus vsque OLEARIVS. Audiamus porro CHRISTIANVM HENRICVM WEISSIVM, in *Antiquitatum Miſnico-Saxonicarum ſingularibus*, quae Anno MDCCXXVII. *Chemnitii*, in forma octaua, prodierunt, in quibus pag. 339. ſequentia occurrunt: LVDOLPHVM I. HENRICI AVCVPIS auum, à LVDOVICO PIO, Imperatore, ex Marcgrafio *Ducem Saxoniae Magnum* creatum eſſe, FABRICIVS defendit in Orig. Sax. L. II. f. 97. et pag. ſeq. Clariſſimus hic WEISIVS porro ſcribit: „LVDOLPHVM excepit BRVNO ac OTTO,

mania nullos habemus. Talis in Italia dignitas *Magni Ducis*, quam *Coſmus Medices*, Florentiae Dux, obtinuit à Pio V. Pontifice, cum habitu, *Inſignibus* atque *corona Regis*, et titulo: *Sereniſſimi*. De hac *corona* A. 1738. ſequentia occurrebant: in dem Nachtrage zu den wöchentlichen kurtzgefaßten und privilegirten Nachrichten der neueren Europäiſchen Begebenheiten, **Regenſpurg**, No. VI. Ao. 1738. pag. 109. in fine, et pag. 110. ab initio: Nachdem die gegenwärtige Regierung des Groß-Hertzogs von Toſcana, die, von der **Groß-Hertzoglichen Crone** dependirende Lehen, und die Vaſallen, etc. etc.

„*magnus Saxoniae Dux*, qui iuſto dominatus eſt Princi-„patu in ſua prouincia.„ Vide VITTEKINDI annales, L. I. fol. 634. Qui Inſignia *magni Ducatus Saxonici* deli-neata videre cupit, is euoluat PETRI ALBINI Meiß-niſche Land-*Chronicam*, p. m. 425. vbi illa reperiet. Vi-deatur quoque huius ALBINI New Stammbuch und „Beſchreibung des uhralten Königlichen, Chur- und Fürſtli-„chen Geſchlechts und Hauſes Sachſen, in welchem Wite-„kind der Große genandt, letzter König, und erſter in ſeinem „Geſchlecht, des Römiſchen Reichs Fürſt und Hertzog geweſen. Hunc ego libellum hodie per-rarum, *Lipſiae*, per *Abra-bam Lambergium* Ao. 1602. in forma quarta impreſſum, et multis figuris ligno inciſis, ornatum, ipſe poſſideo, in quo pag. 292. Inſignia non quidem *magni Ducatus Sa-xonici*; ſed Inſignia *Regni Saxonici*, (des Königreichs Sachſen) apparent, quae ex ſcuto rotundo conſiſtunt, in cuius parte ſuperiore *dimidiata aquila cum corona in capite*, et in inferiore clypei parte, Leo et Draco, con-ſpiciuntur. Reges Saxoniae in figuris aeneis egregie ante oculos poſuit SIGISMVNDVS von Bircken im „Sächſiſchen Helden-Saal, oder, kurtze ausführliche Be-„ſchreibung der Ankunfft, Aufnahme, Fortpflantzung und vor-„nehmſten Geſchichten des Hochlöblichen Haußes Sachſen, „ſamt deſſen Genealogie, Wappen, und Kupffer-Bildniſſen.„ Elegantiſſimus hic libellus, quem quoque poſſideo, pro-diit *Norimbergae* in forma duodecima, A. MDCLXXII. et ante aliquot annos denuo recuſus eſt. Obiter hic notamus, excellentiſſimum Dominum DE LVDWIG, in Germaniae Principe, ſub nomine: LVDOVICI PE-TRI GIOVANNI, A. MDCCXI. Halae edito, in Libro

III.

III. p. m. 14. ſtatuiſſe: WITTEKINDVM *magnum* è Regum Saxoniae numero eſſe delendum. Sed, hoc aſſertum firmioribus argumentis eſſet demonſtrandum. Forte alia occaſione, quid ego ſentiam, indicabo. Interim, meo quidem iudicio, certiſſimum manet, ante huius WITTEKINDI tempora *Reges in Saxonia regnaſſe*, è quibus iam nominare ſufficiat: HARDERICVM, ANSERICVM, WEDEKINDVM, MAIRBODIVM, BODIVM, WITTIVM, WITTIVM II., WITTGISELVM, HENGISTVM, *qui praeter regnum Saxonicum, nouum in Britannia regnum fundauit*, * HATWACKERVM, HILDERICVM, BERTHOLDVM, SIGHARTVM, DIETRICVM, etc. Vide DRESSERI Chronicon, et ſupra laudatum SIGISMVNDVM A BIRCKEN, im Sächſiſchen Helden-Saal.

§. III.

Nunc me conuerto ad *Magno-Ducale Sigillum Maieſtatis Saxonicum*. Praeprimis autem notatu digniſſima ſunt illa, quae ſaepe laudatus excellentiſſimus Dn. DE LVDWIG, in ſupra commemorato *Germaniae Principe*, in Libro III. Cap. 4. §. XXIII. pag. m. 179. 180. et 181. hac de materia in medium protulit, quae de verbo ad verbum cum beneuolo lectore communicamus. Sic enim diſſerit: *Sigillo Maieſtatis* A. 1456. *Saxoniae Duces* vſos fuiſſe,

* De hoc vide ſcriptum, à me, Ao. 1736. publicatum, ſub rubrica: Von dem Sächſiſchen Urſprunge derer Groß-Brittanniſchen Monarchen, bey der höchſt-glückſeeligen Vermählung des Königlichen Cron-Printzens von Wallis, FRIDERICI LVDOVICI, mit der Durchlauchtigſten Sachſen-Gothaiſchen Princeßin AVGVSTA.

fuiſſe, in ſubſcriptione diplomatis *Koenigsbergii*, in Franconia facta, reperitur. Verba miniſtri alicuius *Saxonici* de hoc Sigillo ſunt: Ich finde eine alte Uhrkunde, daß Herzog Wilhelm zu Sachſen, in einem Entſcheidungs-Briefe, zwiſchen dem Rath und der Bürgerſchafft zu Kögigsberg in Francken, ſub Dato Donnerstages Diuiſionis Apoſtolorum, Ao. 1456. dieſe Worte gebrauchte: Dieſen Brief haben Wir mit Unſerm Majeſtäts-Siegel bekräfftiget. Inde ipſe concludere vult, *Maieſtatis* quondam iura omnes Imperii Status habuiſſe, ſolos autem Electores, atque inter hos potentiores *Saxonem* et *Brandenburgicum*, conſtanti vſu ea retinuiſſe. Quae in ſequentibus à Domino DE LVDWIG addita fuerunt, * non hic merentur aliquam refutationem, quia ſatis superque per ea refutantur, quae ſupra à nobis in ſectione prima fuere propoſita. Caeterum idem illuſtris Dn. DE LVDWIG de hoc *Sigillo Maieſtatis* quaedam protulit, *in Iuris Romani et Germanici differentiis*, quae prodierunt A. 1712. in hac elegantiſſima diſſertatione vir hic illu-

* Inter haec potiſſimum eſt, quod vir hic illuſtris putauerit: VVILHELMVM hunc, *Ducem Saxoniae*, Commiſſarium tunc egiſſe *Imperatoris*, cum huic *Königsbergenſi* tranſactioni *Sigillum Maieſtatis* ſubiiceret. Sed, haud poteſt probare, *Ducem* VVILHELMVM eo tempore *Imperatoris* vices ſuſtinuiſſe. Inſuper clariſſime liquet, eundem *Ducem* VVILHELMVM, ſaepius *hoc Sigillo Maieſtatis* vſum eſſe, vti ex adductis à me diplomatibus patebit, aliorumque etiam *Germaniae Principum* exempla, qui *tali* quoque *Sigillo* vſi ſunt, euincunt, non vi *Commiſſionis* alicuius *Caeſareae*, eiusmodi Sigilla adhibita eſſe.

illuſtris, ſibi ipſi contradixiſſe videtur, * dum pag. 7. in Nota (*ff*) *de Sigillo Magno-Ducali Maieſtatis Saxonico*, ſequentem in modum diſſerit: Principio illud eſt quam plurimis exemplis teſtatiſſimum, quod non ſolum Principes Electores, ſed etiam ordines alii paſſim litteras ſuas muniuerint *Sigillo*, quod vocarunt, *Maieſtatis*, mit **Groß-Fürſtlichen**, oder **Chur-Fürſtlichen Majeſtät Ingeſiegeln.** Recitabimus illa formulasque eorundem ſummatim. *Saxoniae Electores Sigillum Maieſtatis nullo non tempore habuiſſe*, auctor eſt WECKIVS, Chron. Dresd. Part 2. tit. 2. pag. 173. Das groſſe Fürſtliche Secret, oder, wie man es dazumahl genennet, das **große Majeſtät Inſiegel**, ward nirgends anders, als zu Hoſe verwahret. Supereſt memoria ſequentium: Anno 1444. Friderici II. deß zu ewiger Bekänntnuß, haben Wir **Hertzog Friedrich**, unſer **Majeſtät**, und Wir, **Hertzog Wilhelm**, unſer eigen **Ingeſiegel**, an dieſen Brieff hangen laßen. HORNIVS, in Iure feud. c. 22. §. 6. p. 520. vbi videtur *Sigillum Maieſtatis* inter praerogatiuas hic referri Electoris, quod Sigillum Ducis ipſi ex aduerſo opponatur. Anno 14-- idem Elector: Zu Orkunde haben Wir unſer **Groß-Fürſtliches Majeſtät Ingeſiegel**, an dieſen Brieff thun hangen. Illuſtris Auctor *Europ. Herolds*, Part. I. p. 117. Ao. 1456. et anno eodem *Dux Saxoniae* WILHELMVS, qua de re modo dubitaueram, mit **Fürſtlichem Majeſtät Siegel.** MÜLLERVS in Annal. Saxon. ad hunc annum, pag. 37. Et luculentius

E

* Si enim nullo non tempore, vt Dn. DE LVDVVIG fatetur, Electores et *Duces Saxoniae*, vſi ſunt *Sigillo Maieſtatis*, ſequitur omnino, hoc non factum eſſe ex *Commiſſione* aliqua *Caeſarea*.

tius A. 1470. ERNESTVS et ALBERTVS in ordinatione politica, quae in corpore Iur. Saxon. p. II. habetur: Diß unſer Ordnung auf Pergament ſchreiben, und unſer Majeſtät Siegel daran hängen laſſen. Anno 1468. haben Wir Ernſt, unſer Groß Majeſtät Ingeſiegel, das Wir Herzog Albrecht hiezu mit gebrauchen, laßen hangen, apud virum celeberrimum GRIBNERVM de Sig. Maieſtat. Saxon. §. 6. - 10. Huc vsque illuſtris Dominus DE LVDWIG, cui quoque ob id obligati ſumus, quod in eadem diſſertatione nobis locum ſuppeditauerit, ex quo ea, quae in Sect. I. §. 20. aſſeruimus, magis illuſtrantur. In hoc enim §. docuimus: *Principibus* quibusdam in *Germania* olim *Maieſtatis* vocabulum fuiſſe attributum. Audiamus nunc, quae vir hic illuſtris pag. 9. in Nota (*gg*) huc pertinentia adferat. Ao. 1408. *Cardinales* ad *Ducem* Brunſuicenſem HENRICVM, his verbis ſcripſerunt: Sicut illuſtriſſimi et inclyti Veſtri maiores indeſeſſe fecerunt et ſimiliter *Veſtra Maieſtas* faciat, vt tam iuſtam et neceſſariam cauſam in eccleſiae curam capeſſat. Exhibent litteras *Acta Concilii Conſtant.* HARDII, part. 2. Tom. 2. p. 66. Licet autem Dn. de LVDWIG in ſequentibus talia quoque in medium proferat, quae in praeiudicium huius *Maieſtatis* ſcripta videntur, in eadem tamen pagina in Nota (*hh*) ſequentia fateri, à veritate cogitur: In partes ire ſolere ICtos, quid ſibi velit *Maieſtatis* verbum, *à Principibus Imperii* adhibitum. Alii exinde ſententiam dicunt: Principes Imperii dignos eſſe nomine tituloque *Maieſtatis*. Ita CARPZOVIVS cap. ult. *de non appellando* §. 76. n. 38. 39. et adhuc clarius SCHILTER. de Iure obſid. C. 2. §. 6. No. 20. in exercitat. ad ff. Alii imaginibus Principum ornata *Sigilla*

Maieſta-

Maieſtatis dicta eſſe perhibent, vt ab Inſignibus heraldicis, denen Wappen, diſtinguerentur, ita HEINECCIVS part. I. L. 9. p. 77. Quae coniectura valde eſt opinabilis, cum quod *Maieſtates* dictae ſint Principum imagines; tum quod re vera *id Sigillorum genus* Principem exhibuerit ſiue ſtantem, ſiue ſedentem, ſiue etiam equo vectum. - - - Mea coniectura eſt: Principes *Maieſtatis* verbo hic vſos eſſe pro Poteſtate; Partim, quod litterae, *hoc genere Sigilli* munitae, vel res gratiae, vel alias continent, quae NB. *ex Plenitudine Poteſtatis principalis*, * videntur prouenire. Quando illuſtris Dn. DE LVDWIG, in ſequentibus pag. 10. ſcribit: Certe Principis vix erit curia vlla, cui in vſu ſint hodieque *Sigilla Maieſtatis*, etc. ** Ad hoc breuiter reponimus: Cau-

 ſas,

* Per hanc igitur *poteſtatis principalis plenitudinem*, *Maieſtas* non excluditur; Sed potius quam maxime indigitatur, et hoc eo magis, quia *ipſi Imperatores* Romano-Germanici, teſte ipſo Domino DE LVDVVIG, in eadem diſſertatione pag. 4. Nota (*ee*) *Maieſtatem Suam*, Germanice, per vocabula: Käyſerliche Mächtigkeit, expreſſerunt.

** Aſſertioni huic obſtant ea, quae habet GRIBNERVS in obſeruationibus iuris publici, *de Sigillo Maieſtatis Saxonico*, §. III. pag. 5. verba ex opere MSto, praeter hos, quos dixi, FRANCISCVS IRENICVS etiam exhibet in Collegio ad *Burgoldenſ.* p. 13. ex quibus, quae ad inſtitutum noſtrum pertinent, adſcribam. Ita igitur Autor ille: Ich mag hiebey nicht übergehen, daß ich von einem vornehmen Chur-Fürſtlichen Brandenburgiſchen Miniſtro verſtanden, es habe Chur-Brandenburg erſt vor wenig Jahren in einem Contract dieſe Worte gebraucht: Deſſen zu Uhrkund haben Wir dieſen Brief mit Unſerm Majeſtät-Inſiegel bekräfftiget. BECHMANNVS in Exercit. Exot. XII. §. 10. No. 10. ha-

ſas, propter quas hodie nonnulli *Principes*, et in ſpecie *Saxoniae*

bet: Mit Unſer, THVLEMARIVS, mit Unſerer Majeſtät Inſiegel. Neque olim tantum hoc *Maieſtatis Sigillo* eos ſignaſſe, ſed conſtanti adhuc vſu idem retinuiſſe, inde conſtat, quod anno proximi ſeculi 88. (nempe 1688.) Legatus *Brandenburgicus* in Comitiis Ratisbonenſibus, litteras, *hoc Sigillo* munitas, exhibuerit, adiecta formula: Mit Unſerm Chur-Fürſtlichen Majeſtät Inſiegel. Ac cum ea de re *Moguntinus* illi litem moueret, ad antiquam obſeruantiam prouocare non dubitauerit. Ex Protocollo hoc PFEFFINGERVS tradit ad VITRIARIVM, L. I. t. 4. §. 9. lit. a. p. 65. Merentur adiici, quae eam in rem ille affert: Cum anno 1688. idem Elector Legationem ſuam ad Comitia Ratisbonenſia ablegaret, cum Plenipotentia, bulla maiori roborata, adiecta formula: Mit Unſerm Chur-Fürſtlichen Majeſtät-Inſiegel; Elector *Moguntinus* noluit Plenipotentiam admittere. Wie aber Brandenburgenſes dem Chur-Mayntziſchen Directorio repraeſentiret haben, daß dieſes Formular zu ſchreiben, bey ſothanem groſſen Inſiegel in der Chur-Brandenburgiſchen Cantzeley zu gebrauchen, jedesmahl wäre üblich geweſen: hätte es *Moguntinus* dabey bewenden laſſen. Hactenus ille. Idemque Sigillum, Decreto Electionis Diui IOSEPHI, Ao. 1690. adpoſitum fuiſſe, legatur. PFEFFINGERVS l. c. Anno 1690. die 10. Martii. Similis locus occurrit in Protocollo, ibi: Bevor wir aber auseinander giengen, führte mich der Chur-Sächſiſche in die Chur-Fürſtliche Stube, und zeigte mir allda das Decretum Electionis Regis Romanorum, ſo auf Pergamen, in groß Folio geſchrieben, mit einer dicken goldenen Schnur durchzogen, und an derſelben die ſämmtliche Inſiegel derer Herren Chur-Fürſten, ein unter den andern hiengen, in ſilbernen vergüldeten Capſuln, auſſer, daß das Königliche Böhmiſche Inſiegel nur eine ſchlechte höltzerne Capſul hatte. Von wegen Chur-Brandenburg hieng

Saxoniae Duces, *Sigillo Maieſtatis* non vtantur, nos quidem latere; interim tamen intrepide ſtatuimus: Vſum *iſtius Sigilli* ſine vllo impedimento poſſe reuocari, quoniam illius intermiſſio eiusque receptio ſunt *res merae facultatis, contra quas nulla poteſt currere praeſcriptio.* Ceterum Principum Germanicorum *Maieſtas* ex hoc quoque patet, quod ſecundum ipſam *auream Bullam* ii, qui in *eiusmodi Principes* grauiter peccant, *Crimen laeſae Maieſtatis*, committant. Audiamus ipſa verba in A. B. Tit. 24. §. 1. comprehenſa: „Si quis cum militibus vel, „ priuatis ſceleſtam factionem inierit de nece venerabi „

E 3 lium

das groſſe ſogenannte Majeſtäts-Inſiegel daran, mit welchem auch des Geſandten Danckelmanns, und vorhin des von Schmettau, Vollmacht ſoll bedrückt ſeyn, etc. Huc vsque adducta excellentiſſimo Domino GRIBNERO debemus, quibus addimus ea, quae habet VAL. FERD. DE GVDENVS, in praefatione *ad Syllog. I. variorum diplomatoriorum monumentorumque veterum*, etc. vbi pag. 25. et 26. de hac materia ſic differit: Inprimis hac occaſione notandum, *Regem Pruſſiae* et Electorem Brandenburgicum, litteras ſuas patentes, queis anno MDCCXI. Legatis ſuis plenam poteſtatem dedit eligendi *Romanorum Regem*, muniuiſſe appenſo *Sigillo maximae formae*, referente eius perſonam, (eſt hoc *Sigilli Maieſtatici* indicium) equo ſedentem, incluſo capſulae argenteae inauratae, radiantique inſigniis ſumma arte caelatis, ſub tentorio Regali. Ex his ſatis liquet, hodie quoque eſſe *curias principales*, quibus in vſu ſit *Maieſtatis Sigillum*. Videantur quoque ea, quae infra §. 17. adduxi. Talis vero expreſſio, nempe *Electorale Maieſtatis Sigillum*, in diplomaticis *Saxonicis*, *Maieſtatis Sigillo* roboratis, nusquam occurrit, quod, *ob infra poſita*, bene erit notandum.

„lium et illuſtrium Noſtrorum et S. R. I. tam eccleſiaſti-„corum quam ſecularium *Principum Electorum, ſeu al-„terius eorundem*, (in ſaepe allegata diſſertatione Domi-„ni DE LVDWIG in parentheſi pag. 11. additum eſt: „*Principum non Electorum*) nam *et ipſi pars corporis Noſtri „ſunt*, ipſe quidem vtpote *Maieſtatis reus*, gladio feria-„tur, bonis eius omnibus fiſco Noſtro addictis.„ Redeundo in viam, non poſſum non improbare illuſtris Domini DE LVDWIG ſententiam, vix eſſe Curiam Principis, cui in vſu ſint hodie *Sigilla Maieſtatis*, cum contrarium luculentiſſime ex iis, quae modo de *Sigillo Maieſtatis Brandenburgico*, et infra §. 17. de *Moguntino* adduximus, appareat. Hinc optime GRIBNERVS in ſupra allegatis Obſeruationibus *de Sigillo Maieſtatis Saxonico* §. III. et in huic ſubiecta nota (*i*) ſcribit: Miror autorem *Germaniae Principis* in opere, in quo ſingulari induſtria, quae ad eminentiam et praerogatiuam Gentis *Brandenburgicae* pertinent, collegit ac cumulauit, nullam de *Sigillo Maieſtatis Brandenburgico*, feciſſe mentionem. Inprimis, cum eo capite, quo *Principum Electorum Saxoniae* iura recenſet, Sigilli huius, (*Saxonici* ſcilicet) meminerit, et ex BECHMANNO, quem ibi et alibi ſecutus eſt, *de Sigillo Maieſtatis Brandenburgico*, non potuerit non ipſi conſtare. Niſi forte, cum conſtitutum ei eſſet, contra BECHMANNVM aliosque contendere, parum dignitatis huic appellationi ineſſe, eamque ad deſignanda *Maieſtatis iura* plane non pertinere, inter Domini ſui praerogatiuas referre noluit, de quo ipſe non adeo magnifice ſentiret.

§. IV.

Cum autem nulli *Germaniae Principum*, olim tam

ſaepe *Sigillo Maieſtatis* vſi ſint, quam *Duces* et *Principes Saxoniae*; excellentiſſimus Dominus GRIBNERVS in citatis obſeruationibus, §. V. p. 8. non immerito ita de hac re ſententiam exponit ſuam: neque adeo cauſa defuiſſe videatur Autori *Germaniae Principis*, cur inter *Saxonicae* potiſſimum *Gentis* decora, vſum *Maieſtatici Sigilli* referret.

§. V.

Nunc mihi incumbit demonſtrare, *Saxoniae Duces* et *Principes* ſaepius in documentis publicis vſurpaſſe *Sigillum Maieſtatis*. Dominus GRIBNERVS, c. l. §. VI. p. 8. putauit, antiquiſſimum, quod ipſi quidem obſeruare licuerit, diploma, quod *Maieſtatis Sigillo Saxonico* munitum fuerit, illud eſſe FRIDERICI II. Electoris Saxoniae, de anno 1444. per quod, vna cum fratre, *Duce Saxoniae* WILHELMO, ſenatui et ciuitati *Freybergenſi*, Ius vectigalis conceſſerit, et de quibusdam pagis inueſtiuerit. In hoc enim diplomate notabilis haec clauſula occurrit: des zu ewiger Bekänntniß, haben wir, **Hertzog Friedrich**, **unſer Maieſtät**, und wir, **Hertzog Wilhelm**, unſer eigen Inſiegel, an dieſen Brief laßen hangen, der gegeben in unſerm Schloße zu **Grimma**, des Donnerſtags am St. Eliſabeth Tage, nach Chriſti unſers HErrn Geburth, **vierzehen hundert, darnach in den vier und vierzigſten Jahr.** Vide D. HORN Ius feudale, Cap. XXII. §. 6. p. 510. A me vero iam **in der hiſtoriſchen Nachricht, von dem Sächſiſchen Groß-Hertzoglichen Maieſtät-Siegel**, quae *Jenae*, Ao. 1725. in lucem publicam prodiit, p. 8. demonſtratum fuit, ſupra commemoratum diploma, de anno 1444. non eſſe antiquiſſimum, et ita comparatum, vt nullum antiquius adduci poſſet. A TENTZELIO enim,

in

in Supplementis reliquis *Hiſtoriae Gothanae*, p. 660. huc pertinens diploma, de anno Chriſti 1441. in lucem publicam protractum fuit. Non à praeſenti inſtituto alienum erit, ſi hoc denuo, ob rei grauitatem, in medium hic proferam. Sequentis eſt tenoris: Wir **Friedrich** und **Wilhelm**, Gebrüdere, von Gots Gnaden, **Hertzogen zu Sachſen**, Land-Graven in Doringen, und Marggraven zu Meißen, bekennen und thun kunt offintlichen mit dieſem unſerm Brive, für uns und alle unſer Erben und Nachkommen; Alſo die Erſamen Ratißmeiſtere Rete und Bürgere Gemeynlichinn unſer Stadt **Gotha**, unſere lieben Getruwen, uns und unſern Erbin eyne rechte Erbhuldunge liblichen mit Hand und Munde, recht und redelich geton haben, das wir denſelben unſern liben Getruwen Ratißmeiſtern, Reten und Bürgern gemeinclich unſer vorgenanten Stat **Gota** ſolche Gnade und Freiheite haben geton und gegeben: Gebin und tün geinwerticlich mit und **in Crafft diß unſern verſigiltin Brives**, für uns, alle unſer Erben, Erbnemen und Nachkommen: Das Wir Sie, Ire erben und Nachkommen bie allen eren Rechten, Friheiten, Wirdenn, guten Gewohnheiten, und allen alden Herkommen, ſie ſind In verſchrieben, oder unverſchriben, wollen gentzlich bleiben laßen, als ſie bie dem Hochgebohrenen Fürſten, Herrn **Friedrichen**, Landgraven in Doringen, ꝛc. unſerm lieben Vettern, dem der Allmächtige Gott wolle gnedig ſien, bie ſinen und unſern Eldern, ſeliges Gedächtniß, fürgehabt, behalden, und herbracht habin, die anders loblichen, **wider uns, unſere Gerichte, Gerichts Laufſte und Gerechtigkeit nicht ſind**: die Ire Fürfaren und ſie unde ihre Nachkommen hernach ordenlichen halden und gebruchen werden. Und ob In unſer Amptlüte die itzund ſind oder zcukünfftig werden möchten, oder

ſuſt

ſuſt ymandes darin ichts halten oder verkürtzen würde oder wollten: wollen wir nicht geſtatin, ſonder ſie dabie bie uns, unſern Erben und Nachkomen, für allermenclich auch gentzlich behalden bliben laßen, getruwelichen ſchützen, ſthüren und vertedingen. Hiebie ſind geweſt unſer Rete, heimlichen und liben Getruwen, Er Apel von Vitzthum, Hofmeiſter, Er Hanß von Maltitz, Marſchalg, Er Bernhard von Kochperg, Er Nicol von Wolſiſtorff, Er Friedrich von Witzleuben, Er Heinrich von Huſen, Er Friedrich Hopffgarte, Er Hanß von Schonenberg, Ritter, Er Thomas von Bottelſtet, Er Caßpar Konig, und Er Johann Moller, unſer Schreibere, und ander Unſer Manne und Diener gnug Glaubwürdiger. Das zu Urkund haben Wir Hertzog Friedrich, unſer gröſter Majeſtät Inſiegel an diſen Brief thun hengen, des Wir Hertzog Wihelm untzumal mit gebruchen. Geben zu Gota, nach Chriſti Geburt viertzehundert, darnach ym Ein und viertzigiſten yaren, am Dornſtage Inuentionis Sancti Stephani. Idem ERNESTVS WILHELMVS TENTZELIVS nobis ſuppeditat deſcriptionem *Sigilli Maieſtatis Saxonici*, quando, adducto hoc diplomate, ſic ſcribere pergit: Ab hoc diplomate pendet *maius illud Sigillum Maieſtaticum*, ex funiculo duplici, albis nigrisque ſericis filis contexto. Impreſſus illi eſt eques cataphractus cum galea Saxonica in capite, tenens manibus vexillum cum gladiis Electoralibus, ab humero pendet ſcutum cum trabibus et *ruta Saxonica:* circa equum collocata ſunt quatuor ſcuta, bina Thuringici Miſnicique Leonis, tertium *aquilae Palatinae Saxonicae*, quartum Wertinenſi, etc.

§. VI.

Electores atque *Duces Saxoniae* ſaepiſſime vſos eſſe *Sigillo Maieſtatis*, hoc quoque celeberrimus Dominus GRIBNERVS agnouit, quando in ſaepe laudatis obſeruationibus §. V. pag. 7. ſic diſſerit: Inprimis autem Electores atque *Duces Saxoniae* ſignum hoc *Maieſtatis* frequentiſſime adhibuerunt eodemque in legibus condendis, in priuilegiis concedendis, foederibusque pangendis, ſaepius fuerunt vſi. Inter *Duces Saxoniae* WILHELMVM, Ao. 1456. hoc vſum eſſe Sigillo, à GRIBNERO probatur ex diplomate de Ao. 1456. quod adduxit ex Auctore Deſcriptionis Imp. German. ex quo BECHMANNVS, GASTELIVS, OLDENBVRGERVS, THVLEMARIVS, et ſic dictus GIOVANNI, in loco, ſupra §. 3. allegato, ſcriptis ſuis inſeruerunt. Aliud Diploma ab eodem *Duce* WILHELMO, eodem anno, hoc Maieſtatis Sigillo roboratum, adducit MÜLLERVS in Annalibus, quando ſcribit: Den 25. Ianuarii, Mittwochs, Conuerſionis Pauli, hat **Hertzog Wilhelm** III. zu **Sachſen**, den vorhin auffgeſetzten Waid-Zoll, als von jedem Wagen, ſo aus dem **Fürſtenthum Thüringen** geführet wird, einen Gülden Rheiniſch, aus gewißen erheblichen Urſachen, gäntzlich wiederum abgeſchaffet. Sub Dato **Weimar**, mit dem **Fürſtlichen Majeſtät-Inſiegel** bedruckt. Idem quoque MÜLLERVS, teſte Domino GRIBNERO, in Annalibus ſuis, pag 37. ad annum 1445. refert, hunc quoque *Ducem* WILHELMVM, *Maieſtatis Sigillo* confirmaſſe tabulas, quibus HENRICO DE **Brandenſtein**, die XXI. Aprilis, caſtrum et vrbem *Ranis*, tradidit. Eandem ſignandi rationem ſecutus eſt Elector Saxoniae ERNESTVS, in privilegio, quod ciuitati *Bornenſi*, Ao. 1470. indulſit,

indulſit, de quo plura videri et legi poſſunt in Domini GRIBNERI diſſertatione *de Iure legitimandi Principum Imperii*, in Prooemio, lit. (*e*) Eundem ERNESTVM Electorem, cum fratre *Duce* ALBERTO, Ordinationem politicam, quae in collectione Legum, quae *Corpus Iuris Saxonicum* appellatur, primo loco, de Ao. 1482. occurrit, *Maieſtatis Sigillo*, corroboraſſe, de hoc iam mentio facta eſt ſupra in §. 3. vbi ex illuſtris Domini DE LVDWIG *differentiis Iuris Romani et Germanici*, locum huc pertinentem adduximus. Dn. GRIBNERVS eadem inſeruit ſuis ſaepe memoratis *Obſeruationibus.* Quoniam vero aliquam diuerſitatem hoc in puncto animaduertimus, ego, non ingratum beneuolis lectoribus futurum eſſe autumo, ſi hic quoque locum hunc ex GRIBNERO §. IIX. pag. 10. adducam: Und zu Gedächtniß, dieſe Unſere Ordnung und Satzung auf Pergamen ſchreiben, und Unſer Majeſtät-Siegel daran hängen laßen, und der jetzlichen Unſerm Lande eine geben, zu dem, daß wirs allen Prälaten, Grafen, Herren, der Ritterſchafft, den Städten, und Unſern Ambt-Leuten, als daß Herkommen, und den wir in andern Sachen zuſchreiben pflegen, unter Unſerm Hertzogen Ernſt Pitſchir, des wir Hertzog Albrecht mit gebruchen, zugeſchickt haben. Ego hoc tantum addo: *Sigillum Maieſtatis* hic notabiliter diſtingui à communi alias Electoris et Ducis huius, Sigillo. Aliud igitur erat *Maieſtatis Sigillum*, aliud illud, quo in *mandatis expediendis* vtebantur.

§. VII.

Occaſione tam huius Saxonici Diplomatis, quam aliorum ſupra adductorum, obſeruaui, ſemper *Ducis nomine* hoc *Maieſtatis Sigillum* vſurpatum eſſe. Hinc non

incongrue concludimus: Sigillum hoc eſſe *annexum Ducatus Saxonici.* Nusquam enim legimus, *Sigillum hoc Saxonicum vocari Electorale.* In hac ſententia eo magis confirmor, quia hoc *Maieſtatis Sigillum Saxonicum* omni tempore fuerit appellatum: **Das Groß-Fürſtliche Majeſtät-Inſiegel, das groſſe Mageſtadt Ingeſiegel, das Fürſtliche Majeſtadt-Siegel.** Hoc forte alia occaſione à me latius et clarius demonſtrabitur. In praeſenti mihi ſufficiat: ſole meridiano clarius ex iam adductis et porro adducendis, apparere: Non ſolum Saxoniae Electores, ſed *Duces quoque Saxoniae,* vſos eſſe hoc *Magno-Ducali Maieſtatis Sigillo.*

§. VIII.

Vnde vero *Sigillum hoc* originem traxerit, merito quaeri poteſt? Ego afferere non dubito: à *Sacra Caeſarea Maieſtate* hunc ſtylum curiae, promanaſſe, et quidem initium *huius Sigilli* eſſe referendum ad ea tempora, in quibus ſub OTTONIBVS, Saxoniae *Duces* in ſolio Imperatorio ſederunt. Quid enim *Imperatoribus Saxonicis,* OTTONI I. II. et III. facilius fuiſſet, quam Domui ſuae natiuae et *gentilitiae,* tale priuilegium et praerogatiuam concedere. Adhuc antiquior *Sigilli huius* origo eſſet, ſi eo tempore hoc factum fuiſſet, in quo ab Imperatore LVDOVICO PIO, et eius filio LOTHARIO, *Ducibus Saxoniae* titulus et Axioma: *magni Ducis,* attributum fuit, de quo Auctor Anonymus, der **Einleitungen zu denen Staaten,** in der Einleitung zum **Chur-Sächſiſchen Staat,** p. m. 14. ſcribit: LVDOLPHVS erhielte um das Jahr 843. vom Käyſer LVDOVICO PIO, und deßen Sohne LOTHARIO, den Titul, als; **Groß-Hertzog.**

Forte

Forte diploma, ex quo vera origo *huius Sigilli* et dignitatis *Magno-Ducalis*, demonſtrari et probari poteſt, in aliquo adhuc Archiuo latet, et in futuro tempore in lucem publicam protrahetur.

§. IX.

Neque ab illuſtri Domino DE LVDWIG, neque ab excellentiſſimo Domino GRIBNERO, adductum fuit diploma, quod reperitur in IOH. GEORGII REINHARDI meditationibus, *de Iure Principum Germaniae, cumprimis Saxoniae, circa ſacra, ante tempora Reformationis exercito*, et quidem in Capite II. §. XII. pag. m. 113. Hoc diploma multa notatu digniſſima continet, ex quibus clariſſime elucet, *Duces Saxoniae*, iam ante beati LVTHERI Reformationem, vi *Superioritatis territorialis*, in rebus eccleſiaſticis, leges tuliſſe. Quamuis in ſcripto à me edito, et ſupra commemorato, in **der Hiſtoriſchen Nachricht von dem Sächſiſchen Groß-Hertzoglichen Majeſtät-Siegel**, hoc diploma, *Sigillo* quoque *Maieſtatis* roboratum, à me iam fuerit adductum: non tamen temperare mihi potui, quin illud hic denuo, tanquam documentum, magnum pondus habens, apponam: Wir von Gots Gnaden, **Friederich**, des H. Römiſchen Reichs Ertzmarſchalg, und **Wilhelm**, Gebrüdere, **Hertzogen zu Sachſen**, Landgraven in Doringen, und Marggrafen zu Mißen, für Uns, alle unſere Erben, Erbnemen und Nachkommen, bekennen mit diſem Unſerm öffintlich gein allermeniglich, daz Uns fürbracht habin die Würdigem Unſer liben andächtigen, **Johanns von Stein**, Probſt und das gemeine Capitel **Sent Jorgin** Kirchen in Unſern Schloß zu **Aldinburg**, verſiegelte Brive und Privilegien, die irer Kirchen, und iren Nachkommen, die Hochgebohrnen

Unſer lieber Vetter Marcgrave Wilhelm, der gnanten Kirchen Stiffter, der do liphafftig darynn lyt begrabin, und Herzog Friedrich, Unſer lieber Vater ſel. Gedechtniß, gegeben haben, uns auch daby erzalt ettliche derſelbinn Kirchen redeliche Geſetze, die man zu Latein Statuta nennet, und loblich Gewohnheit, die ſie nach ſchrifftlicher Undirwiſunge, vom Stule zu Rome, und auch ſuſt bißher ein teils gehalten haben, und der ein teils nemlich als durch Unſern gnanten Vettern, Marggraffen Wilhelm ſeligen, der Kirchen Stiffter und etlichen Prelaten geſatzt und gemacht iſt, ſo, als Sie ſich mit Gebete und Geſange nach der Kirchen zcu Mißen richten, daz Sie denn billich in den Geſetzen und Gewohnheiten mit Preſencien und andern Sachen, derſelbin Kirchen zu Mißen, nach folgen, und als auch nach Geſetze und Gewohnheit irer Kirchen begriffen iſt; Wellicher under irer zwelff Thum-Herren, einer von todeswegen abgehit, daz dann der Eldiſte Thum-Herre under den zcweyen Jungiſten und der das Evangelium pflegt zu leſen, nach Geſetze und Gewohnheit derſelben irer Kirchen, hinfur ſollichs Ampts gefreyet und entlediget ſal ſein, und daz der ander und jüngſte Thum-Herr, der die Epiſtel hat geleſin, hinfur daz Evangelium, und daz der Thumherr der an des obgnanten ſtatt, an ſein Pfrunde, ſo uff dem Stifft iſt, komen, die Epiſteln ſo lang, daz aber einander nach ym zcu einer Pfrunde, und uff den Stifft komet, leſen und zcu Altar dynen ſal; Sollich itzund gnante Geſetze und Gewohnheit bißher unſirt halben vor andern unſern anliegenden Geſchäfften vorhindert, und nicht gehant habt ſind wurden, und die ſie auch und ire Nachkommen hinfür zcu ewigen Zeyten halten wollen und ſollen, darynn wir auch ab daz in des gnanten Stiffts Geſetzen, nicht clerlich begriffen were, haben wollen derſelben Kirchen zcu eren, daz hinfur

ſur in Ewigkeit allewege die jüngſten Thum-Herrn zcwene nach der tzüt, als Sie von Unſer oder Unſern Erben Verlyhung, und nicht in Wechſels weiſe an ire Pfründen und auff den gnanten Stiffte, als hie vor berurt iſt, komen ſind, in der gnanten Kirchen laßen, Karleſir oder Miniſtranten geheißen werden ſollen, und die egnanten Probſt und Capitel, haben Uns auch mit Demut und Vließe gebeten, yn ſolliche ire Brive, Privilegia, Geſetze und Gewohnheit alle zcubeſtätigen, und Unſern Beſtetigungs-Bryff darüber zcugeben, haben wir angeſeen Redelickeit irer Bete, auch hierynne betrachtet ſolliche gute ynnige Meynunge der Stifftunge unſer obgnanten Vettern ſeligen und derſelben Kirchen eren, darum yn und allen iren Nachkommen, dieſelbe Brive, Privilegia, Geſetze und Gewohnheiten alle, und was Sie der von Unſern Vorfarn eldern den obgnanten Unſern lieben Vater und Vetter ſeligen haben gnediglichen beſtetiget, an allen iren Stücken, Puncten, und Innhaldungen, krafftig und mechtig zu ſeyn, als ob wir dieſelbin gegeben und verſiegelt hetten, und von Worte zu Worten, hierynn geſchribin ſtunden, und auch die Wir in diſſem Unſern Brive ercleret haben on all Geverde; Wir beſtetigen auch dem Probſte und gemeinen Capitel darob genant Sent Jurgen Kirchen in Unſerm Schloß zcu Aldenburg, alle ire Brive, Privilegia, Geſetze und Gewohnheiten, als hievor berurt iſt, vor Uns, alle Unſere Erben, Erbnemen und Nachkommen, von Unſer Fürſtlichen Gewalt und Macht, mit Urkunde diz Brives, der mit Unſerm, Hertzogs Friedrichs Fürſtl. anhangenden Majeſtat Inſiegel, des Wir Hertzog Wilhelm mit hiran mechticlich gebruchen, Dat. Caſtro Mißen, fer. Sec. poſt Letare, Ao. Domini MCCCCXLIV.

§.X.

§. X.

Elegans quoque Diploma, cum *Sigillo* hoc *Maieſtatico*, ab ERNESTO et ALBERTO, fratribus, *Saxoniae Ducibus*, corroboratum, Dn. GRIBNERVS, de verbo ad verbum adduxit in Obſeruat. §. IX. Quia vero nimis prolixum foret, ſi hoc quoque integrum hic inſerere vellem, tantummodo initium et clauſulam huius Diplomatis, in quo ciuitati *Wittebergenſi* Ius nundinarum aliaque priuilegia confirmantur, in medium profero: Wir von Gottes Gnaden, Ernſt, des Heyligen Römiſchen Reichs Ertzmarſchalgk, Kurfürſte, unde **Albrecht**, Gebrüdere, **Hertzogen zu Sachſen**, Lantgraffen in Doringen, und Marcgraſen zu Meißenn, bekennen für Uns, etc. etc. zu waren und ewigen Orkunde haben wir NB. **Hertzog Ernſts, Unſer Groß Mageſtadt Ingeſiegel, deß wir Hertzog Albrecht hirzu mitte gebruchn**, wißentlich laßen hengen, an dieſen Briff, der gegeben iſt, zcu **Mißenn** am Mittwoch nach ſant Jacoffs, des Heyligen zwelff Boten Tage, nach Chriſti Unſers liben Herrn Geburt **Viertzen hundert, unde darnach ym Acht und Sechtzigſten Jaren.** In §. ſequenti Dn. GRIBNERVS inter alia ſic diſſerit: Neque dubito, quin plura paſſim documenta *inſigni hac clauſula* decorata, quotidie occurrant illis, quibus Archiua rimari et perſcrutari licet. Neque enim credibile eſt, eos, qui Fridericum II. praeceſſerunt, aut ERNESTVM et ALBERTVM ſecuti ſunt *Duces Saxoniae*, vſu huius Sigilli prorſus abſtinuiſſe, cum apud *Brandenburgicos Electores* talis vſus ad noſtra vſque tempora perdurauerit.

§. XI.

Veriſſimum hoc eſſe, quod Dn. GRIBNERVS, de pluribus Diplomatibus adhuc latentibus, tradidit, omnes

ii affirmabunt, quibus innotuit, poſt editas obſeruationes GRIBNERIANAS, varia adhuc diplomata, *Sigillo hoc Maieſtatis Saxonico munita*, in lucem publicam eſſe protracta. Mihi quidem in aliquo archiuo talia Documenta quaerere, non licuit; inueni tamen aliquod diploma, de quo neque ab illuſtri Domino de LVDWIG, neque ab excellentiſſimo Domino GRIBNERO, neque à me in der **Hiſtoriſchen Nachricht**, aliquid fuit adductum. Hoc igitur in ſequentibus beneuolo lectori communicabo.

§. XII.

IOH. MARTIN. SCHAMELIVS Ao. 1728. edidit: Hiſtoriſche Beſchreibung von dem ehemahls berühmten **Benedictiner-Kloſter** zu St. **Georgen**, vor der Stadt **Naumburg** an der Saale, aus unterſchiedenen Schrifften zuſammen getragen, mit nöthigen Diplomatibus, beygefügten Anmerckungen, und verſchiedenen Kupffern, verſehen, etc. „ In hoc ſcripto, Cap. IV. §. 3. in Nota (*a*) praeſtantiſſimum diploma reperitur, *Sigillo Maieſtatis Saxonico* exornatum. Ex hoc ſimul, vt ex diplomate ſupra §. 9. adducto, luculenter demonſtrari poteſt, *Duces Saxoniae* iam ante Reformationem *Ius circa ſacra*, et in ſpecie circa *monaſteria*, exercuiſſe. Quare dignum eſſe putaui, vt hic integrum apponatur. Sequentis igitur eſt tenoris: Wyr **Wilhelm** von Gots Gnaden, **Hertzog zu Sachſen**, Land-Grave in Doringen und Marg-Grafe zu Myſſen, bekennen öffentlichen für Uns, unſere Erben, Erbnehmen und Nachkommen, und thun kuntt allen gegenwertigen und zukünfftigen Leuten, die dieſen unſern Brieff anſehen, hören oder leſen; Nachdem und Wyr vorzeiten mit dem **Ern Biſchoff zu Numburg**, Unſerm liebden Herrn und Fründe

ſeliger

ſeliger Gedechtniß, und ſeinem Capittel des Thumſtiefſts zu **Numburg**, für ſich, ire Nochkommen, Stiefft und Capittel eynen ewigen Vortracht, wie es umb die Grentz, ende **und** **Gewende der Gerichte und Weych-Bilde**, umb die ſtete **Numburg** und **Czeytz**, das Schloß **Schonburgk**, und ander gegen unſern Ampten und ſtetten, **Weyſſenfels**, **Freyburgk**, **Eckersbergk**, **und Eyſſenbergk**, do beyder Herrſchafft Gericht und Grentz aneinander und zuſammen ſtoßen, hinfurt auf Ewigkeit bleyben, und gehalten werden ſoll, überkommen und eins worden ſindt, Inhalts Unſere Verſchreybung darüber gegeben, mit ſunderlicher Ausdruckung eines Artickels alſo lautende, ausgeſchloßen **Unſer Cloſter zu Sant Georgen und Mauricio vor Numburg gelegen, mit iren leuten, Gütern, erbe, Gerichten und Gerechtigkeiten, die unſer eldern und Vorfahrenn ſeligen, daran gehabt, und auf uns herbracht haben, die Wyr uns auch daran behalden und außziehen**, unſchedlich unſerm Herrn und Fründe von **Numburg** und ſeynem Stifft, an iren Gerichten und Gerechtigkeiten in dem Weychbilde und anders, in Crafft ſolchs jtztgemelten Artickels, bynnen der Zeit obgerürts Vertrags, bißſer unſer Ämptleute von unſern wegen ſich der vorgenanthen **Unſer Cloſter** halben mancherlei verlauffener ſachen, Halsgericht und anders berurend, angetzogen, als ſie meinen pillich gethan haben, dargegen aber unſer Herrn und Fründe die verſtorben **Biſchoffe** von **Numburgk** ſeligen, auch der itzige Biſchoff und ire Capittel in fürnemen geſtanden, das das nicht ſolt ſein, daraus ſich bisanher zwiſchen uns beyden teylen viel Auffſtos, Irthums, tagleiſtens und Mühe begeben hatt, Wann Wir dan aus Fürſtlicher angeborner Güte zu ſolchem zwitewfften nicht geneigt, ſunder mehr begierig ſint, darin

darin aufrichtige eintracht zu haben, der Wir uns beyderſeitt zuhalten wiſſen, dadurch ſolche gehabte Auſſtoße, Jrtumb und Unraddt hinfurt vorwartt und gemiden mögen bleiben, zuvoran den Allmechtigen Gott, und darnach angeſehen, das das Wirdige Biſtumb und Stiefft zu Numburg, mit allen dem iren, in unſerem Fürſtlichen Verſpruch, Schutz und Schirm ſind und blyben ſollen, darumb und auff das durch das genante Biſtumb und in dem Wirdigen Stiefft, daryn Wir, und die Hochgeborne Fürſtin Frau Katherin, Hertzoginn zu Sachſen, Land-Grävyn in Doringen, und Marggrävin zu Myſſen unſer liebe Gemahl, unſer Teſtament geordnet haben, zufallendes Jrrthumbs unbeſorgtt, und on Verhinderung gotlicher dinſt mit ſtetiger mehrung und daß er freylicher mög vollbracht werden: So haben Wyr uns mit dem Erntwürdigen in Gott Vatter, Hern Heynrich Biſchoff zu Numburgk, unſerm beſundern lieben Hern und Fründe, auch den Wirdigen und erbarn Dechant und Capittel, des gemelten Thumſtieffts zu Numburg, unſern lieben andechtigen, in fals der Gericht halben, von dem obgemelten Articke geſloßen und entſtanden, von neues gütlich und grüntlichen vortragen und voreint, wie es damit und darum bey in und allen iren Nachkommen Biſchoffen, Dechant und Capittel, auch unſern erben, erbnehmen, nachkommen, und den genanthen unſern Cloſtern zu Sant Georgen und zu ſant Mauricien, die Wir für Uns, unſer erben, erbnehmen, und nachkommen mitt derſelben itzt von neues außgedruckten, und ſunſt allen andern unſern vor daran gehabten und herbrachten Herrlichkeiten und Gerechtigkeiten außgezogen behalden, fürder ewiglich und unwidderrufflich mit den Gerichten on alles weitergreiffen, allerſeits gehalten werden ſol.

Vortragen und vereynen Uns auch mit In geginwertiglich in Crafft und Macht dietzs Brieffs, inmaßen hernach volget: Nemlich, ſullen unſer Cloſter zu ſant Georgen und ſant Mauricien, vor Numburg, umb alle tatt, wie die geſeyn mögen, kein ausgenommen, die ſich inwendig irer beyder und ir itzlichs Maueren von irem Geſinde und beſeſſen Mennern, wo ſie die hetten begeben werden, zu richten haben; wurde ſich aber inwendig denſelben iren Maueren von andern, die nicht ire Geſinde, oder beſeſſen weren, thatt begeben, darüber man mit der tatt zu dem leibe richten müſte, wann und wie offt das geſchee, ſo ſolten der odder dieſelben thetter ein Tag und ein Nacht in demſelben Cloſter odder Cloſters Maueren, darin die thatt geſcheen were, Freyhunge und Friede haben, und doch ein itzlich Aptt oder Probſt beſtellen und vorwaren, das dem odder den thetern die Zeit nicht eſſen noch trincken beybracht würde, Alsdann ſolt ein itzlichen Biſchoffs von Numburg Richter macht haben, byn demſelben Fride, tag und Nacht, das odder die Cloſter außwendig der Mauren zubeſtellen, und auf den, odder die thetter Achtung zuhaben laßen, das der odder die nicht entwurden, desgleichen ab und wan eyner, odder mehr übelthetter aus der ſtadt Numburgk aus der Freyheitt, oders anders woher auß dem Weychbilde in der Cloſter eins entlieffe, ſolt darin Friede und Freyhung vorgerürter maße gebrauchen, und nach dem Friede tag und Nacht ſolt von des Cloſters Amptleuthen darin das geſchee, der oder dieſelben übelthetter des Biſchoffs Amtleuten für des Cloſters thor geantwortt werden die zu richten, als ſich gebüret; Was aber inwendig den Cloſter Mauern obgedacht thatt geſcheen, von wem oder wie die weren, darüber man nicht zu dem Halſe richten dorffte, die ſollen die Cloſter zu richten haben; würde auch den Cloſtern zu dem

Halße

Halße wie obgerurtt, zu richten Not ſeyn, ſoll **man an der ſtadt Numburgk Feimſtadt richten**, und das Gerichte ſol durch der Cloſter Voythe und beſeſſen Menner beſtaltt werden, und nach dem Vorurtheylen, ſol man die thetter **eynem Richter zu Numburgk**, für des Cloſters thore antworten, und an der **Feymeſtadt** daſelbſt richten laſſen; So ſollen die genanten **unſer Cloſter** in den Gaſſen vor den Cloſtern ſanct **Georgen**, ſanct **Mauricien und** ſanct **Michels**, auch in den Heuſſern und auf den Hofen darzu gehörende, an und in den Gaßen gelegen, zu richten haben über ſchulde, Gülde, ſcheltwort, Zettergeſchrey, **das nicht Hals und Haut berürt**, blaue und braun male, Blutrunſt und Fleiſch Wunden, doch hierinne ausgeſcheyden unſers Herrn und Freunds von **Numburgk**, ſeins Capittels und der ſtadt Numburgk leute, Heuſſer, Hoffe, und Gütter in und an denſelben Gaſſen gelegen, darüber ſullen unſer Herre und Fründ von **Numburgk** und ſein Nachkommen, durch ire Amptleuthe **zu** richten haben. Was ſich auch auswendig den Maueren der obgenanthen **unſer** Cloſter, als in den Gaſſen, in den Heuſſern, und iren Güttern begeben wirdet, das Hals und Haut antrieffet, und zum Halsgericht gehört, Kompffer hat, und lemde auch Zettergeſchrey, das Hals und Haut antrifft, ſol **ein Richter zu Numburgk**, von eins Biſchoffs wegen, zurichten gebüren, und zurichten haben unverhindert und on alles Geferde. Hierbey ſeint geweſt, und gezewgen der Hochgeborne unſer lieber Oheym, Herr Waldamar, Fürſt zu Anhalt, Grave zu Aſchkanien, und die Wohlgebornen Edlen, Strengen und Veheſten, Unſer Rethe, geſattern und lieben Getrauen, Her Hans Grave und Herre zu Beichlingen, **Her Siegemund Grave zu Gleichen, Herr zu Tonna,**

Herr Heinrich von Brandenſtein, zu Ranis, Ritter, unſer lieber Schwager, Her Heinrich Her zu Gera, Her Brun, Her zu Querfurd, Er Dietrich von Hopffgarten, Ritter, Johann Seyfriedt unſer Cantzler, und ander der unſern gnug glaubwirdiger. Des alles zu ewiger ſtetter Haltung und warer Urkunde, haben Wir Unſer Fürſtlich Groß-Majeſtät Inſigill, für Uns, unſer Erben, Erbnemen, und Nachkommen, mit rechter Wißen, an dieſen Brieff thun hencken. Geben zu Friburgk auff ſontag Quattuor coronatorum, anno Domini *milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo.* Quae Dn. SCHAMELIVS c. l. poſt adductum hoc diploma addidit, ita ſunt comparata, vt ignorantiam *Iuris publici particularis* prae ſe ferant. Quamobrem cum ſatis ex huc vsque ſcriptis refellantur; non operae pretium eſſe duxi, illa denuo hic refutare. Etiam ex ſequentibus contrarium dilucide patebit.

§. XIII.

Sunt nempe nonnulli inter eruditos, qui putant, *ſplendidum hoc Maieſtatis Sigillum* nil aliud eſſe quam maius *Ducum Saxoniae* ſigillum. Sed, inficiandum quidem non eſt, ſaepiſſime in Diplomatibus fieri mentionem *ſigilli maioris;* inde tamen non ſequitur, *Sigillum Maieſtatis Saxonicum* eſſe nihil aliud quam maius aliquod horum *Ducum* Sigillum. Si enim hoc ſequeretur, omnia diplomata *ſigillis maioribus* obſignata, eſſent *Maieſtatis Sigilla.* Hoc autem ſtatuere, plane abſurdum eſſet. Si tantum per hoc maius ſigillum, (das gröſſere Inſiegel) eſſet intelligendum, non potuiſſet illud nominari: das große Mageſtadt Inſiegel, das Groß-Hertzogliche Majeſtat-Inſiegel. Cum igitur ex ſupra adductis *Diplomatibus* eiusmodi appellationes clariſſime exſplendeſcant: quilibet

libet emunctae naris homo odorem exinde *Maieſtatis Ducalis* percipiet et maiora altioraque ex *talibus Sigillis* ſentiſcet.

§. XIV. Porro hoc *Maieſtatis Sigillum* ideo à nonnullis oppugnatur, vt peruerſe ſtatuant: in eiusmodi diplomatibus vocabulum *Maieſtatis* ſumi in ſenſu vulgari, nempe pro quacunque poteſtate alicui competente. Sic aiunt, in L. fin. ff. de I. et I. Praetori Romano etiam *Maieſtatem* tribui; ac Comitem *Campaniae*, HVGONEM, teſte MABILLONIO, *Maieſtatis Sigillo* litteras conſignaſſe, ex quo pateat, Maieſtatis cauſa Sigillum hoc à quibusdam *Germaniae Principibus* haud eſſe vſurpatum. Ad hanc obiectionem iam ab excellentiſſimo GRIBNERO, in Obſeru. §. XVII. p. 17. eſt reſponſum. Vt breuiſſimis me expediam, tantum hoc ego appono: abſurdiſſimum eſſe, ſi quis Diplomata, ſupra allegata et adducta, ex Legibus Romanis explicare aut illuſtrare velit. Quod ad Sigillum *Comitis Campaniae*, HVGONIS, attinet, nondum ſatis explicatum eſt, quo ſenſu in illo MABILLONII diplomate vox *Maieſtatis* ſumta fuerit. Sufficiat, in aprico poſitum eſſe, non in eodem ſenſu in eademque qualitate hanc *Maieſtatis* vocem, in litteris *Saxoniae Ducum* et aliorum *Imperii Principum*, accipi poſſe, quia aliud eſt, *Comitem Campaniae*, aliud, *Ducem Saxoniae et Imperii Principem eſſe*.

§. XV. SCHILTERVS in diſſert. de Iure Obſid. C. II. §. 6. n. 20. de hoc *Sigillo Maieſtatis Saxonico*, ſic diſſerit: Etſi concedamus, legendum eſſe in Ordin. Politica, (de qua ſupra §. 3. actum eſt) Unſer Majeſtät-Siegel, non, Unſerer Majeſtät Siegel, hoc eſt, noſtrum Sigillum maius ſeu ſecretum, Unſer Größer Inſiegel, vt quidam anonymus ad iſtum locum monet; diſerte tamen et ſic diceretur *Sigillum Maieſtaticum*, ein Majeſtät-Siegel. Igitur oportet, vt eo vtens *Maieſtatem* ſibi vindicet. Res itaque eodem recidit et forte parum profuit haec interpretatio, niſi ſcias, *Superioritatis Iura ſua natura eſſe Maieſtatica*, abſtineri tamen plerumque ab iſto nomine, etc. Hucvsque SCHILTERVS.

TERVS. Ex his ego concludo: Si Iura *Superioritatis* ſua natura ſunt *Maieſtatica*, ſequitur exinde, quod *Duces Saxoniae*, quae praeter ordinariam Superioritatem, adhuc *alia praeſtantiſſima Regalia*, v. gr. *Ius de non appellando*, etc. habent, Iure optimo vti poſſint Sigillo Maieſtatis.

§. XVI. Coronidis loco adhuc cum Dn. GRIBNERO notamus, Duces quoque inferioris Saxoniae, et in ſpecie *Duces Brunsuitenſes*, ante duo ſecula, et quod excurrit, *Maieſtatis Sigillum* literis ſolennioribus annexiſſe. Docent hoc tabulae *Ducis* HENRICI *Senioris*, quas LUNIGIUS exhibet im Reichs-*Archiu* P. Sp. Sect. IV. poſt n. 68. pag. 177. Scriptae ſunt anno 1501. et confeſſionem mutui ab Abbate, Priore, et reliquis Monaſterii *Riddagshuſen* accepti, continent. Ad inſtitutum noſtrum vltima eorum verba pertinent: Und heben des tho Urkunde Unſe Fürſtlicke Majeſteten-Ingeſigull an düſen Brev wittlicken dojen hengen, etc.

§. XVII. Hoc denique notatu quoque dignum eſt, Electorem et Archiepiſcopum *Moguntinum*, *tanquam Imp. Principem*, etiam vti *Maieſtatis Sigillo*. Neque Dominus DE LVDWIG, neque Dn. GRIBNERVS, neque alii de hoc *Sigillo Maieſtatis*, aliquid memoriae prodiderunt. Non ingratum igitur beneuolo lectori erit, ſi hac de re aliquid afferam. Supra laudatus Dn. VAL. FERD. DE GVDENVS, in Sylloge I. *variorum diplomatariorum monumentorumque veterum* etc. et quidem in *Praefatione*, pag. m. 21. et 22. ſic diſſerit: Viſitur alias et hodierna die in ſigillo magno feudali *Moguntino* Archiepiſcopus in throno ſedens, pontificalibus indutus ornamentis. Quod aeque *Maieſtatis Sigilli nomine* olim ſpecialiter inſignitum fuit. Vide T. I. rerum Mog. p. 806. in vita BERTOLDI. Quo tamen cum BERTOLDO phraſis iſta, vti primum audiri, ita rurſum euaneſcere coepit. Quamuis *Sigillum ipſum in continua manſerit obſeruantia*; nulla vero alia occaſione eius ſit vſus, praeterquam, vti ſubindicauimus, in *litterarum feudalium* obſignatione.

Haec in praeſenti ſufficiant.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SOLI DEO GLORIA.